pta vt premio ditet. Item ex misericor-
dia errātes ad se reducit. eūtes ad se cō
ducit cadētes erigit stātes tenē nō desi-
nit. ꝓuenientes in gloriam introducit.

Explicit liber primus.

Incipiunt Capitula secundi libri.
De ipsa rerum creatione. Cap. 1
De distinctione creaturarum in generali. 2
De distinctione orbiũ tam celestium ꝙ̄ elementorum. 3
De natura celorum ⁊ supernorum corporum. 4
De natura stellarum in cõmuni. 5
De luce. 6
De planetis in specie. 7
De natura quattuor elementorum. 8
De impressionibus aeris. 9
De tempore. 10
De angelis. 11
De distinctione celestiũ hierarchiarum. 12
De proprietatibus angelorum in communi. 13
De ꝓprietatibus ⁊ officijs angelorum in cõmuni ⁊ singulorum ordinum. 14
De cognitione ⁊ motu angelorum. 15
De prelatione angelorum. 16
De cõfirmatione angelorum. 17
De custodia angelorum. 18
De locutione angelorum. 19
De spãlibus nominibus angelorum. 20
De casu angeli. 21
De speciali casu. 22
De locali casu. 23
De restauratione ruine angelorum. 24
Quare peccatum diaboli sit irremissibile. 25
De ꝓprietatibus demonum. 26
De malitia diaboli contra nos. 27
De lucifero spãliter. 28
Quid sit anima ẜm diffinitionem. 29
Quid sit anima ẜm rem. 30
Quid sit anima ẜm nomen. 31
De triplici anima. 32
De potentia anime vegetatiue. 33
De potentijs anime apprehẽsiuis. 34
De sensibus particularibus. 35
De sensu cõmuni. 36
De vi imaginatiua. 37
De vi extimatiua. 38
De fantasia. 39
De memoria. 40
De vi sensibili motiua. 41
De potentijs anime rõnalis. 42
De diuisione potentiarum. 43
De differentijs potẽtiarum ipsius anime. 44
De modo cognoscendi. 45
De intellectu agente ⁊ possibili. 46
De itellectu speculatiuo ⁊ practico. 47
De rõne ⁊ partibus eius. 48
De voluntate. 49
De anime motiuis. 50
De synderesi. 51
De conscientia. 52
De operibus anime. 53
De quantitate anime. 54
De immortalitate anime. 55
De libero arbitrio. 56
De natura corporis humani. 57
De phisonomia. 58
De regulis generalis phisonomie. 59
De toto homine. 60
De proprietatibus hominis. 61
De primis parentibus. 62
De preceptis Ade datis. 63
De paradiso. 64
De casu primi hominis. 65
De ordine tentationis in nobis. 66

De ipsa rerum creatione.

Capl'm primum.

[S]Umme bonitatis triplex effusio est. scilicet per generationem per spirationem, ⁊ p creationẽ. due priores emanationes sunt ab eterno. tertia est de patre. de qua nũc est agendũ. Inter creare. generare ⁊ facere differentia est. q2 res de nihilo exit in esse per creationem. sed exit in esse de aliquo per factionem. q2 facere est operari de aliena materia. sed de substãtia exit in esse per generationem. deus est rerum triplex causa. scilicet efficiens exemplaris ⁊ finalis. sed nullo modo materialis. Inter operari dei, ⁊ creature differentia est q2 deus opatur in instãti angelus au

tē repente: sȝ nā paulatī. Preterea rerū
principia sunt a deo. ⁊ imediate. effectus
vero cōsequētes sunt ab ipso mediāte na
tura. nihil aūt est a deo imediate tm̄. Cir
ca mūdi creationē quattuor erāt errores.
Quidā dicebāt mundū eternū. Alij dice
bant mūdū qdeȝ factū. sȝ hūisse materia
le pncipiū. ⁊ non esse de nihilo. Alij dice
bant deū supiores creaturas p se pduxis
se. sȝ iferiores p ministeriū angelorū. Alij
ponebāt duo principia sic maichei. vnuȝ
.s. sūme bonū. ⁊ aliud sūme malū. dicen-
tes icorruptibilia esse a bono principio.
cōruptibilia a malo. Hos oēs errores ex
cludit Moyses primū cū dicit. In princi
pio ſm ibi Creauit. 3. qn̄ dic ds. 4. cuȝ seq
tur. Celū ⁊ terrā. Tenendū est etiā φ de-
us oia simł creauit. nec aliquā nouā spēȝ
postmodū addidit qūo prius non fecerit
vł in se. vł i suo sil'. vt hoiuȝ aias vel in rō
ne seminali sicut pȝ in his q̄ nāliter intro
ducunt' in esse. ⁊ hoc est qd̄ dr̄ deū die se
ptima qeuisse non qdem a labore. vel ab
opere sȝ a nouarū specierū cōditione. De
operibus vero sex dierū dicūt qdam nun
quā in illis debere intelligi ordinē tēpo-
ris. sed nature qa dicūt oia simul tempo
re fuisse facta creata. ⁊ disposita. ac in su-
is speciebus distincta. Alij dicunt omnia
simul creata in materia. sed nō in tali for
ma sicut in diebus seqūtibus receperūt.
⁊ hec opinio magis seqtur vltimā litterā
sed prima magis seqt' rōneȝ. Deus enim
dupliciter opat'. aliqua nāqȝ facit mediā
te natura ⁊ hec fiunt successiue. aliqua fa
cit per se imediate. vt creare. peccata di-
mittere gratiā infundere ⁊ huiusmodi ⁊
talia fiunt incōtinēti. ⁊ perfecte. ⁊ cōplete
Cū ergo deus primordiales res nō pro-
duxerit mediāte nā. sȝ imediate. ⁊ p se vł
φ i istāti fecerit eas pfectas. ⁊ cōpletas.
tā in materia φ̄ in forma. Coeue sūt qttu
or he primitiue rerū creature. Celū empi
reū: angeli. materia mūdi. ⁊ tempus.

¶ De distictiōe creaturarū i gnāli. Ca. 2.

Creatura mūdi triplex ē. s. corpal'
tm̄. vt elemēta. spūalis tm̄ vt an
gelus cōposita tantū ex his vt hō. corpo
ralis quoqȝ natura distinguit' in corpo-
ra lucida. vt sydera. ⁊ opaca. vt terra ⁊
metalla. ⁊ huiusmodi. atqȝ pspicua siue
diaphana. vt aer ⁊ aqua. creature qdam
ſm Grego. hn̄t eē tm̄ vt lapides qdam
viuē. vt arbores qdā sentire vt animalia
quedā intelligere vt hoīes ⁊ angeli. Di-
stinguit' aūt mūdus triplex. s. archityp'
.i. deus ⁊ dr̄ ab archos qd̄ est princeps
⁊ typus qd̄ est figura. i. principalis figu-
ra qr ipse ē exēplar mūdi sensibił. itē ē mū
dus q dr̄ macrocosmus. i. maior mūdus
vt ē iste mūdus sensibilis. Iteȝ ē mūdus
q dicit' microcosm'. i. minor mūdus. vt
ē hō. De his tribus. Io. In mundo erat
ecce primū. Et mūdus per ipȝ fact' est ec
ce ſm. Et mūdus eum nō cognouit ecce
tertiū. Differētia ē inter elm̄ ⁊ elementa-
tū. ⁊ quintā essentiā. Elm̄ ē primū cōpo-
nibiliū. ⁊ nō ɔpositū. vn̄ nec terra nec aq̄
nec aer. nec ignis puruȝ elm̄ ē. ⁊ simplex
apd̄ nos. qr inter se inuicē ista cōmiscent
⁊ maxime in ea pte vbi se cōtingunt. Ele
mentatū est qd̄lȝ corpus cōpositū ex qt-
tuor elemētis. 5. eēntia est corp' p se dif
ferēs ab oibus elemētis. ⁊ elementatis.
tā in materia φ̄ in forma. tam in natura
quā in ṽtute nō hn̄s in se cōtrarietatē. vn̄
nec cām corruptiōis. Opera sex dierū p-
ut Moyses distinxit moraliter sic hn̄tur.
Signant. n. res create de nihilo impij iu
stificationē. Firmamēti opatio. boni ppo
siti ɔfirmationē. Aquarū cōgregatio cor-
dis adunationē. Syderū pfectio exēpluȝ
bone opationis. Piscīū ⁊ auiū formatio
statū actiōis ⁊ cōtēplatiōis. Hoīs plas-
matio rectitudinē intētiōis. Post hoc ve
ro sequit' septia dies eternitatis. s. reqes.
Est loc' sūmus. i. celū vbi sola letitia. ⁊ ē
infimus. i. ifernus. vbi sola tristitia. ⁊ est
medi'. i. mūdus in quo sunt sūma speran
da. ⁊ infima metuenda. Diabolus igit' a
sūmo corruit. ⁊ in ifimū detrusus est. qr
repand' nō erit. Hō vo a sūmo non ceci-
dit. ⁊ in medio collocat' ē vt eēt ei locus
quo ascēderet p iustitiā vł descenderet p

Lapides hnt esse
Arbores vivere
Animalia sentire
Hoies & angeli in
telligere

culpã. Itẽ Ugo de scõ vic. dic̃ q̃ ẽ aliqs
loc⁹ i quo solũ ⁊ summũ bonum ẽ.s. celũ
aliqs in quo solum ⁊ sũmũ malũ ẽ.s. ifer
nus aliqs in quo solũ malũ ẽ sȝ nõ sum-
mũ.s. purgatoriũ. aliqs in quo bonum ⁊
malũ ẽ.sȝ neutrũ summũ.s. mundus iste.

¶ De distinctiõe orbiũ tã celestiũ quam elementorum. Cap.3.

c Orporalis mũdi machina tota cõ
sistit i duob⁹.s. i nã celesti ⁊ in nã
elemẽtali. Celestis ãt distinguit̃ in
tres celos pncipales.s. in celũ christalinũ
⁊ empireũ. ⁊ firmamẽtũ. Intra firmamen
tum qd ẽ celũ stellatũ ɔtinent̃. vij. orbes
planetaꝝ q sunt. Saturn⁹: Jupit̃: Mars:
Sol: Venus: Mercurius: Luna: noie ãt
celi cristalini. siue aquei intelligit̃ illa ps
nãe pme q̃ sȝ phm̃ formata est in duos
orbes quoꝝ prior ẽ pmũ mobile. Istorũ
orbiũ nã ẽ q̃ oẽs mouent̃ excepto empi
reo qd qetũ est. Nã vo elemẽtalis in q̃t
tuor spas principales distinguit̃.s. Ignis
Aeris. Terre ⁊ aque Spera ignis tria hȝ
interrestritia.s. supmũ. qd vocat̃ igneum
⁊ medium ⁊ infimũ. qd vocat̃ olympiuȝ.
Similiter aer tria hȝ interrestritia.s. sup
muȝ qd vocat̃ ethereũ. ⁊ mediũ ac infi-
mum qd vocat̃ aereũ. ⁊ in supremo est ca
lor lux pp solis ppinqtatẽ. Silr ẽ in infi
mo.s. pp radiorũ repcussionẽ a terra. In
medio ãt iterrestritio ad qd nõ ptingere
põt repcussio radioꝝ est frigiditas ⁊ ob-
scuritas in quo dñr hitare demones qui
detrusi sunt i hũc aerẽ caliginosuȝ. Ibi ẽt
fiunt tẽpestates tonitrua grãdo niues. ⁊
silia. Ex his collige septẽ orbes terram ⁊
aquã ãbientes q oẽs possunt vocari celi.
Istos ãt excellit celũ trinitatis ipse deus
q ẽ in oibus ⁊ sup oia. Distãtia dictoruȝ
orbiũ ⁊ planetaꝝ hec est. A terra vsqȝ ad
lunã sũt miliaria. 15625. hec sunt stadia.
1260. a luna vsqȝ ad Mercuriũ sũt milia
ria. 7612. ⁊ semisse. a Mercurio vsqȝ ad
Venerẽ tm̃dẽ A venẽ vsqȝ ad Solẽ sunt
24453. A Sole vsqȝ ad Martẽ sunt mi
liaria. 15625. A marte vsqȝ ad Jouem.
68.2. A Joue vsqȝ ad Saturnũ tm̃dem.
A Saturno vsqȝ ad firmamẽtũ. 244271
Ex his colligitur q̃ a terra vsqȝ ad celuȝ
stellarum sunt miliaria. 19375.

¶ De natura celorum ⁊ supernorum corporum. Cap.4.

c Elũ est corp⁹ puꝝ nã simplicissi-
muȝ essentia subtilissimũ icorru
ptibilitate solidissimum q̃titate
maximũ q̃litate lucidũ diaphanitate per
spicuũ. mã purissimũ. figura spericũ. situ
locali supmũ ãplitudieȝ creaturaꝝ i se ali
q̃rũ ɔtẽtiuũ. Iste pprietates tã celo cõue-
niũt ẽpireo. q̃ pmo mobili. Sȝ primum
h ẽ celũ ẽpireũ a motu ẽ extraneũ htorũ
spirituũ hitaculũ spãlit̃ sedes nũcupat̃.
Celo ãt cristalino cõuenit spãliter qd est
motu velocissimũ ad in iferiora ṽtutis in
fluxiuũ. Eodẽ mõ dicẽdũ ẽ de firmamen
to q̃ plurime sibi ɔueniũt d pprietatib⁹
supradictis. ⁊ isup ẽ aq̃ꝝ diuisiuũ ac stel
lis decoratũ. Corpa celestia diuidũt̃ i lu-
cẽtia. ⁊ ñ lucẽtia, ⁊ diaphana. Nã corp⁹
lucẽs ẽ sol q solus iter sidera lucet. sȝ ñ lu
cẽtia suȝ cetere stelle ⁊ planete q̃ lumẽ su
um a sole mutuãt. corpa vo diaphana st̃
oẽs spere celestes. Itẽ spe celestes cũ mo
uent̃ ñ mutãt locũ sȝ mouẽt̃ i locis suis.
supiora iñuũt in iferiora ṽtutem motiuã
vegetatiuã. sensitiuã. ac oiuȝ gñabiliũ p
ductiuã. Itẽ lȝ careãt q̃litatib⁹ elementa
rib⁹. ñ. n. sũt calida vl' frigida sicca vl' hũi
da. tñ ñ influũt sup libeꝝ arbitrium. nec
hñt ṽtutẽ imutãdi hois volũtatẽ. lȝ hñ i
mutẽt atqȝ disponãt ɔplexionẽ hois ali
qñ q̃ volũtatẽ nõ hñt cogẽ sed magis ⁊
min⁹ i diuersis hoib⁹ inclinare. Opant̃
quoqȝ corpa supiora distictiuã cognitio
nem dieꝝ sȝ lumẽ solis ⁊ distictionẽ mẽ
siũ sm lumẽ lune. ac distinctionẽ annoꝝ
sm motũ solis in aliquo circulo atqȝ di-
stinctionẽ tpoꝝ sm varioꝝ cursuȝ plane
taꝝ distãtiã ⁊ cursũ ascẽsuȝ ⁊ descẽsuȝ re
trogradationẽ ⁊ statũ. Circulus qdẽ ẽ in
spera intersequẽs eqnoctiuȝ q intersecat̃
ab eodẽ i duas ptes equales ⁊ vna me-
dietas declinat v̄sus septẽtrionẽ. alia v̄-
sus austꝝ ⁊ dr ille circulus zodiac⁹. a zo

qđ est vita. nã ẜm motũ planetaꝝ sub il
la ois vita sub rebus inferioribus est. vł
dr̃ a zodias qđ ẽ aial. qa cũ diuidat̃ i. 12.
ptes eq̃les. q̃lib3 ps appellat̃ signũ. ⁊ h3
nomẽ spãle a noie aial' pp ꝓprietatẽ ali-
quã ꝯuenietẽ tã ipsi q̃ aiali. vł pp dispõ
nẽ stellaꝝ sitaꝝ i illis ptib⁹ ad modũ aia
lis. Iste vo circul⁹ dr̃ latie signifer qr fert
signa vł qr diuidit̃ i ea. ab Aristotele vo
in hoc de gñatiõe dr̃ circul⁹ obliqu⁹ vbi
dicit ꝙ ẜ3 accessu3 ⁊ recessum solis i obli
quo circulo fiũt gñatiões ⁊ corruptiões
in reb⁹. Noia vero signoꝝ. ⁊ ordinatio.
⁊ numer⁹ i his vsib⁹notant̃. Sũt aries.
thaurus. gemini cancer. leo virgo.
Libraq3. scorpius. architenẽs. caper. am
phora. piscis.

¶ De nã stellaꝝ in cõi. Ca. 5.

Telle supme i firmamẽto figũt̃.
s ⁊ cũ illo sp mouet̃. nã sũt puris
sime. figura sperice. q̃titate ma-
gne. apparẽtia pue q̃litate lucide. radioꝝ
diffusiue. reꝝ inferioꝝ gñatiue. a sole illu
minationẽ receptiue. tenebraꝝ expl'siue.
Q̃to nox obscurior. tanto plus sui mani
festatiue i pñtia solis sui luminis occulta
tiue. tẽpestatis ⁊ serenitat3 ꝯcitatiue. via
rũ nauigãtiũ directiue quãto soli cõiun-
ctiores. tãto i cõi lucidiores. s3 singl'e mi
n⁹ apparẽtes. vt p3 in galinatia claritate
q̃titate. differũt ac virtute. Galinatia ẽ
multitudo paruarum stellarũ quasi cõti
guarũ illi loco orbis vbi diffundit lumẽ
solis. fit ãt eclypsis cũ se soli luna subne
ctit. vt tenebras efficiat. Nota ꝙ oẽs stel
le eclypsantur. ⁊ hoc vel a seipsis. vł a ter
ra. vel a planetis. Planete enim dicunt̃
quandoq3 retrogradi. q̃nq3 progressiui
q̃nq3 stationarij. prout eclypsibus suis
diuersimode mouẽtur. Planete sũt sy-
dera inter celũ ⁊ terrã errãtia. firmamẽ
to cõtrarium cursum agentia. cursu quẽ
habẽt ab influxu primi mobilis mouen
tur directe. sed cursu ꝓprio mouent̃ obli
que ñ sintilãt. singli suos colores ⁊ circu
los hñt ⁊ tñ circulos alioꝝ igrediunt̃ ⁊
istoꝝ pticipãt qualitate cũ sole intrãtes
occultantur. quanto terre propinquio-
res. tanto circulos habent minores q̃-
to sunt altiores. tanto cursus eorum na
turalis videtur esse tardior. Corpora eo
rum non sunt lucida. vel perspicua. sed
opaca. Alioquin non eclypsarentur se in
uice3. Motus primi mobilis scilicet no-
ne spere ab oriente in occidentẽ rediẽs
iterum in orientem dicitur rationalis ad
similitudinẽ motus ratiõis in microcos
mo quando fit consideratio a creatore p
creaturas rediens in creatorẽ. ⁊ ibi sistẽ
do. Scõs motus firmamẽti ⁊ planeta-
ru3 est huic contrarius ab occidente i ori
ente3 rediens in occidentem. qui dicitur
irrationalis. siue sensualis ad similitudi
nem microcosmi qui est a corruptibili-
bus ad creatorem. ⁊ iterum rediens ad
corruptibilia.

¶ De luce. Cap. 6.

Ux ẽ vt ait phs scdo de aia act⁹
l lucidi. ẜm qđ lucidũ. vñ sciendu3
ẽ ꝙ lux est q̃litas actiua corpis lu
minosi. sicut calor ignis. Lux quoq3 dat
esse intẽtionale corporibus vł coloribus
sicut itellectus agẽs fantasmatib⁹dat es
se itellectuale. Ipa ẽ mediũ deferẽs oia
q̃ a celo i nos descẽdũt. ipa quoq3 mutu
at corpus nõ lucẽs a lucido. Ipsa est ẜ3
philosophum celi purpura. maleficiorũ
inimica. nauigantiu3 directio oculus no
ctis facies omnium rerum. Lux vt ait
August. rectum habet incessum vt nul-
lo modo incedat p curuũ. hec oibus re-
bus ⁊ decorẽ tribuit ⁊ absq3 illa cuncta
sunt ignota. ⁊ abscondita. motus. n. eius
est subitus. qr sine mora replet oia. Hec
in superficie est corporis vmbrosi nõ se p
fundit nisi in corpore diaphano. vnde se
cũdum corporis grossitudinẽ vel subtili
tate3 magis ⁊ minus pticipat̃. lux enim
sine sue diminutione vbiq3 se diffundit.
Pl'es ꝓprietates lucis habes infra de
sole que illi cõueniũt in q̃tũ lucet. Sciẽ
du3 est ꝙ lux vocat̃ in corpe luioso lux s3
lumen prout est cõicans alijs.

¶ De planetis in specie. Cap. 7.

Saturnus est a nobis remotissi-
m⁹ frigidus ⁊ siccus. h̄ itelligas
in effectu sic̄ in alijs planetis. Ex
vicinitate eius calor solis remittit̄. Ex cō
iūctione ei⁹ cū Joue clarus efficit̄. cū nāli
ter sit palidus nociuus ē. Ipso dn̄ante tā
tā hʒ virtutē vt si influat in iferiora fetus
nascit̄ mortificatus aut d̄bilis. Plus no
cet retrocedēdo q̄ ꝓcedēdo. Morat̄ in
quolibet signo. 30. mensibus. ex quo seq̄t
ꝙ cursuʒ suū cōplet. s. 30. ānis. Jupiter est
clarus. ⁊ quasi ad istar lactis cādidus in
qualitatibus est bn̄ tēperatus. qꝛ calidus
⁊ humidus. In supiori ꝑte assidue tēpe-
rat malitiā saturni cū ascenderit in circu
lū saturni. ꝯbit palorem: lʒ sit clarus. In
quolʒ signū morat̄ ꝑ annū: ⁊ ita complet
cursum suū i. 12. ānis. Mars calidus ē ⁊
siccus ⁊ iō nociuus ex ꝓꝑetatibus suis
hoīes incitat ad bellādū ⁊ interpositione
veneris ⁊ Jouis eius nocuitas reprimit̄
Igneus apparet ⁊ radiosus in quolibʒ si
gno morat̄. xl. diebus. Sol dr̄ octies ma
ior terra sed ſm ptolomeū est. c. lx. vicib⁹
maior terra calidus ⁊ lumiosus. eclipsiʒ
patit̄. cōis est oībus. nube celat̄ solus per
se lucet. qd̄ nulli syderi magis cōpetit vn̄
⁊ nomē accepit stellas illuminat. ⁊ tn̄ eas
per suā p̄ntiam ab apparētia sui luminis
priuat. medi⁹ est planetaꝝ odiosus egris
oculis. sʒ amabilis puris. tꝑa distinguit
locis imundis nō inq̄nat̄ terrestria ꝯsoli
dat. gelida resoluit. flores apit. fruct⁹ ma
turat corpora diaphana penetrat. nō re-
quiescit. visuʒ retōdit. vapores eleuat he
misꝑia vicissim ꝑlustrat appropinquans
nobis estatē facit recedēs vero hyemē ef
ficit. oculus est mūdi in quolʒ signo mo
rat̄. 30. diebus ⁊. 10. horis cursum per an
nū facit motu ꝓprio: sʒ diem ꝑficit motu
primi mobilis. Venus ē lucidus calidus
⁊ humidus malitiā. Martis tēꝑat sꝑ co-
mitat̄ solē: sʒ cū p̄cedit dr̄ lucifer qn̄ seq̄t
dr̄ vesꝑ colorē hʒ candētē ⁊ refulgētē ele
ctro sileʒ. Inter sidera plus splēdet ꝯplet
cursuʒ suū i. 348. dieb⁹. Mercurius sꝑ cū
sole gradit̄. nūq̄ ab eo plus. 30. gradib⁹
distans. colorem hʒ radiātem. raro ꝑꝑ vi
cinitatē solis cernit̄ eloquētia sub ipso ē
aquis dr̄ dn̄ari. ⁊ p̄esse seminibus cursuʒ
cōplet. 338. diebus. Luna noctē illumiat
lumē mutuat. augmentū patit̄. ⁊ d̄trimē
tuʒ. Infima est iter planetas eclipsim pa
tit̄: ⁊ efficit maculas hʒ ꝑꝑ ꝯiunctionem
eius quā cū iferioribus hʒ. s. cū terra. Itē
corniculata iterdū apparet ex eo ꝙ pars
eius illuminata a nobis absconditur.
Iteʒ regina celi appellat̄: qꝛ sol tā q̄ me
dius planetaꝝ ꝑticipat ꝓprietates oium
⁊ eas ad lunā cū lumine suo transmittit.
Ipsa eni luna q̄cunq̄ a sole sicut recipit
influit. Unde ꝙ per eā tali mō virtutes
planetaꝝ recipimus merito. Regina ce
li vocat̄. His visis pʒ ꝙ qn̄ luna pria in-
cendit̄ optimū est semina iacere: qꝛ tunc
virtutes planetaꝝ q̄s in iferiorib⁹ influit
colligit frigida est ⁊ humida. solē p̄cedēs
minuit̄. sʒ seq̄ns crescit: ⁊ ab eo elongat̄
accessus ⁊ recessus maris ꝑ eaʒ causatur
Signa aūt zodiaci quolibet mēse ꝑcurrit

De natura elementoꝝ. Capl̄m. 8.

Ignis ꝯsumit ⁊ interminat in simi
tudinē suaʒ sibi appropinquātia
ꝯuertit. motum facit de cētro ad
circūferētiā ardet ⁊ lucet in materia alie-
na sed nō in sua spera. Inferiora reducit
ad supiora. qꝛ resoluit terrea in aquosa.
aquosa in aera. aera in se. Mollificat du
ra ⁊ indurat. mollia subtiliat. vt pʒ in re-
solutione glaciei ⁊ cōdensat. lutum depu
rat vt rubiginem in auro. ⁊ corrūpit sicut
ea que cōsumit frigefaciat per accidens.
vt pʒ in aceto. est ⁊ penetratiuus. cōica-
tiuus ⁊ diuisiuus. Itē ignis in spera sua
nō lucet: qꝛ cōpactus nō est. Nullum eni
corpus dyaphanū lucet: sed potius est il
luminabile. Si etiā ignis in spera com-
pactus esse eclypsaret oēs stellas que su
pra ipsum sunt. Ignis v̄o hic lucet apud
nos ꝓpter materiā coadunatam in qua
est. hoc patet: qꝛ vna candela alteri op-
posita vmbram facit. Aer subtilis mobi
lis ꝑspicuus per inspirationem ⁊ respi-
rationem. Caloris cordis temperatiuus

decoratur volatilibus. locus impressionum. mansio spirituũ damnatorum. est et alterabilis. leuis atqȝ rarus. nõ lucet sicut nec aliqđ corpus dyaphanũ. sȝ est illuminabilis. Aqua sup celos eleuatur. piscibus decoratur. tẽpestatibus subijcit. oẽs fontes et flumina ad mare ꝯtinuant. ad locũ vñ venerũt reuertũtur. Aeri ꝓbet aqua in formationẽ volatiliũ ornamẽtũ et vegetabilibus nutrimẽtũ. et optime est terminabilis termino alieno. sȝ mĩme termio ꝓprio. Aq̃ corpus est dyaphanũ oib⁹ cõis in cristalũ ꝯgelat. iridẽ in nubibus causat. sordes purgat. hortos irrigat. febricitãtes sua frigiditate et humiditate delectat naues vehit. lumẽ recipit. ad suum pricipium recurrit. loca vacua subijcit. lapides cauat. ignẽ extinguit. et olim mundum purgauit. In mari rubeo pplo. dei cessit de latere xpi fluxit. hãc xps in vinũ mutauit. ac de ipsa baptisimi mãm ordinauit. Terra iter alia elemẽta est ifima. nigra. magis ꝯ̄specta. põderosa. rotũda elemẽtꝫ alijs circũdata. mater fructuũ radix plantarum. nutrix aĩalium edificiorum fundamentũ. mortuorum receptaculũ. machine mundialis cẽtrum. ꝯcludit in se ifernuȝ. frigida: sicca: opaca corpis humani mã. Seruat metalla cẽtro. motũ centruȝ ex vaporibus suis ꝯcutit. inclusis herbis et floribꝫ albet et decorat ꝯ eam motu circulari celũ cũ syderibus voluit ab hominibus et iumẽtis calcat. bonorum terre quedã competunt ꝭm esse suũ: quedam ꝭm situm: quedam ꝭm ꝯtemptum: quedã ꝭm ornatum: quedam ꝭm vtilitatem.

¶ De impressionibus aeris. Cap. 9

Cometes lȝ appareat quasi stella. nõ est tñ aliud q̃ vapor inflãmatꝰ a vicinitate ignis. Hic comas lumis fundit. et dr̃ signare mutationeȝ reguȝ: aut bella: aut pestilẽtias. Corona est albus circulus. qui q̃nqȝ appet circa solem vel lunã: aut stellas alias. et causatur ex reliquijs nubiũ per planetarum radios attractis et illuminatis. talis ẽt circulus figura est serenitatis. Assub duplex est ascendens. s. et descendẽs. ascendens fit ex vaporibꝫ inflãmatis in supmo aeris. et videt ascẽdere sicut si euolarent sintille de fornace. Assub vero descẽdens est ignis retẽtus in nube. qui tñ expellitur obuiante nube frigida. et edit cõtinue ꝓpter qđ videt q stella cadens sit lõga. qr reliquit eiꝰ vestigia post se. Nubes fiunt q̃ñ a virtute solis extrahũt humores seu vapores de aqs a paludibꝫ. et locis humidis et ferunt sursum. Nebula est id qđ ex nubibus aquã pluẽtibus relinquit. et iõ nebula ꝭm Aristo. signũ est serenitatis. Caligo est vapor tenebrosus: que vulgo appellatur nebula. Iste vapor nõ eleuatur: sed priusq̃ ꝯuertat in nubes: vel in pluuiam deprimit. et remanet iuxta terram. Ros est id qđ descẽdit ex vapore paruo. et in descẽsu suo tardat in paruis minucijs. Pluuia est aqua descẽdẽs ex nubibus resolutis. velocitatẽ hñs sue descẽsionis. et hoc guttatim. Pruina ex vapore rorido que cõgelatur anteq̃ ex ipso resoluatur aqua. Nix generat in nube calidissima. cuius cõgelatio simul fit cũ cõuersiõe in aquã et ideo partes eius nõ inspissant. Grãdo generatur ex nube calidissima. virtute solis multũ eleuata. que postq̃ in aquã resoluitur. tũc demum in medio iterristricio cõgelatur. Tonitruuȝ est sonus vaporis sicci egrediẽtis de nube humida. vel i nube frigida et humida. et scindit quicqd iuenit. Iris est lumen solis receptũ in nube ꝯcaua et aquosa ac sili ex aduerso opposita. Glacies est aqua cõgelata. Uẽtus est vapor terreus superiora trãscendẽs. et aerem fortiter ꝑcutiẽdo impellens. Uenti sunt quattuor ꝑncipales. scilȝ subsolanꝰ ab oriẽte temperatus habẽs a dextris vulturnuȝ desiccãtem. et a sinistris eurũ nubes gñatẽ. Iteȝ a meridie est auster calidus qui flumina gignit et pluuias largas. habẽs a dxtris affricum calm̃. et a sinistris nothum tpatum quidẽ: sed pestilẽtias inducẽtẽ. Iteȝ a septẽtrione est aquilo frigidus habens a dextris grecũ niues faciẽtem et grãdi-

nes a sinistris boreā nubes constringen-
tem.ac pluuias ꝓhibentē. Item est ze-
phirus flores ꝓducens hñs a dextris cir
ciuꝫ tēpestates.ac pluuias ⁊ tonitrua ge
nerantē a sinistris fauoniū in oriēte nubi
la.ſꝫ in meridie serena faciētē. Turbo est
vētus egrediens de nube in seipꝫ. ⁊ egre
diens.vel duo vēti lateraliter sibi occur-
rentes seseqꝫ iuxta terrā orbiculariter in
uoluētes. Terremotus est vapor grossis
simus extractus de ꝓfundo terre nō po
tens exire pp superficiē terre.⁊ illius soli
ditatē sicqꝫ coartatus in īterioribus cō-
cauitatibus terram concutit.

De tempore. Cap.10

Empus est mēsura motus primi
mobilis ⁊ hoc pꝫ qꝛ hic est tēpus
⁊ nō in celo ſm suam Mazꝫ.qꝛ hic
mutātur oīa ⁊ nō ibi.hic est eni nūc hyēs
nunc estas.nūc pax.nunc discordia. nūc
trāquilitas nūc tempestas. Mutabilitas
rez ostendiꝶ in hoc ꝙ ea que ꝑcipue mū
dus amplectiꝶ.i.sapiā ⁊ potentia in oriē
te ceperūt.⁊ terrā habitabilē ꝑcurrerunt
vsqꝫ ad occidentē.in signuꝫ ꝙ oīa tēdunt
ad occasuꝫ. Nā studiū sapie cepit in egy
pto.postea fuit i grecia post hoc Rome.
deinde in frācia.⁊ in anglia. Siſr regna
primo fuerūt in oriēte. post i grecia.post
apud romanos.nūc potestas īperij resi-
det in Germania. Propterea. Jacobus
cōparat vitā nr̄aꝫ.⁊ hec mutabilia vapo-
ri. Salomon somno. Isa. baculo barūdi
neo.⁊ liber regū aque dilabēti. Dīa est in
ter tp̄us.⁊ euū.⁊ eternitatem. Nā tēpus
hꝫ ꝑncipiū ⁊ finem. Euū caret fine.ſꝫ non
pricipio. Eternitas caret vtroqꝫ termino
qꝛ ē mēsura īterminata. Iste sunt etates
mūdi. Prima ē ab Adā vsqꝫ Noe. hñs
iuxta hebreos ānos.1656. ſꝫ ſm.72.iter
pretes hñt.2242. Scd̄a a Noe vsqꝫ ad
Abraā hñs ſm hebreos annos.292. sed
ſꝫ.72.1072. Tertia est ab Abraā vsqꝫ ad
Dauid.hñs annos ſm hebreos.972.sed
ſm.72.1130. Quarta est a Dauid vsqꝫ ad
trāsmigrationē Babilonis.habēs ānos
ſm hebreos.473.ſꝫ ſꝫ.72.485. Quinta
est a trāsmigratione Babilonis vsqꝫ ad
christū.hñs annos ſm hebreos.585.sed
ſm.72.578. Igiꝶ ab exordio mūdi vsqꝫ
ad xp̄m ſꝫ hebreos hēmus annos.3952
ſꝫ ſm Jeronymū est hec computatio ſm
vero.72.quos greci sequūtur.5508. Eu
sebius aūt.queꝫ Orosius secutꝰ est iter
vtrosqꝫ incedens numerat annos.5198.
quos pene oēs latini sequūꝶ. Sexta etas
est a xp̄o vsqꝫ ad finē mūdi. Septima est
quiescētiuꝫ.⁊ cōcurrit cuꝫ sexta Octaua
est resurgētiuꝫ. Porro ſm hebreos i pri
ma etate sunt generationes.10. In.2ª.10.
In.3ª.14. In.4ª.17.quas tm̄. Mat. gfa
mysterij.13.ponit. In ca.13. Etates ho-
minis sunt iste.ſ. Prima est īfantia a na
tiuitate vsqꝫ ad.7.annos.2ª est pueritia
vsqꝫ ad.14. annos.3ª est adolescentia.a
15ª anno vsqꝫ ad 28.4ª est iuuētus a 28
vsqꝫ ad 49.5ª est senectus a.50.vsqꝫ ad
78.6ª est d̄crepitas ab āno.79.quousqꝫ
vita finitur. Dignitas dn̄ici diei notatur
in hoc ꝙ fuit ꝑma dierū. Item vt dicitur
erit vltima dies. Itē nox illam nō preces
sit. Itē nox illi nō successit. Item celum ⁊
terra in ea sunt creata. Itē angelus in ea
ꝯuersus est ad deū. Item ꝑmo data sunt
in ea filijs Israel mādata.vt dicit Orige
nes. Itē in ea xp̄us natus est.item xp̄s in
ea surrexit.itē in ea sp̄us sanctus datꝰ est
apostolis.itē oēs in ea resurgemus atqꝫ
iudicabimur.itē in ea cōtinuandū est per
petuo in laude dei.

De angelis in cōmuni. Cap.11

Ngelus est ſm Damascenū sub
stantia intellectualis semꝑ mobi
lis arbitrio libera icorporea deo
ministrans.imortalitatē suscipiēs ſꝫ gra
tiaꝫ nō naturā. Substātia ponitur in hac
diffinitiōe pro genere ⁊ poniꝶ hoc ad dif
ferentiā accidētis. Intelligitur etiā sub-
stātia qualitercūqꝫ composita ex eo ꝙ est
⁊ quo ē. Intellectualis diciꝶ potiusq̄ ra
tionalis qꝛ ratio est virtꝰ collatiua cause
⁊ causati.⁊ ideo composita.vt ois homo
est aial sor.⁊c. Sylogisinꝰ nihil aliud est
q̄ discursus a causa in causatū. Intelle-

ctus est de rōne sui. nec compositionem
habet ⁊ collationē. sȝ est sine inquisitione
⁊ cōpositione ⁊ ideo cōpetit nature ma⸗
gis simplici ꝑ differētia. vt est angelus.
Ratio autē differētia est nature minus
simplicis. s. hoīs semper mobilis. nō di
co de loco ad locū sȝ mobilitas dicit hic
triplicē mobilitatem in angelo. s. nature
intelligētie ⁊ volūtatis. Mobilitatē enim
habēt nature. q2 oē creatū vertibile est in
nihilum nisi manu oīpotētie diuine cōti
neatur. Mobilitatē intelligētie habet. q2
licet in angelo nō sit vicissitudo itelligen
tie. quo ad scita in verbo. cū deformē ha
beat intellectū ꝫm Dionysiū. potest tñ in
eo esse vicissitudo intelligētie quo ad co
gnitionē reꝝ in propria natura. ⁊ quo ad
discenda ⁊ hoc est qđ dicit Aug. ꝙ omne
creatū habēs itellectū intelligit vnū post
aliud. item in volūtate mobilis est ange
lus. q2 nō simul vult hoc ⁊ illud. item po
test dici mobilis motu dilectionis. Arbi
trio libera. hoc nō dicitur propter defle⸗
xionem ad bonū indifferēter. ⁊ ad malū.
sed ꝓpter liberam electionē eorum que
voluerit. vnde bonꝰ angelus semper eli⸗
git libere bonū. ⁊ angelus malus libere
⁊ sine coactione eligit malū. incorporea
substātia dicitur. q2 angelus habet ꝓpri
etatem corporis. nō naturā. scilicet in lo
co cōtineri. Cum enim corpus sit in loco
circūscriptiue ⁊ diffinitiue. āgelus tamē
est diffinitiue in loco Deo ministrās. Mi
nisterium hic ponit̃ pro quocunq3 obse⸗
quio. ⁊ ꝫm hunc modum tam assistētes
ꝗ administrātes ꝗ etiam demones mi
nistrant. immortalitatē suscipiēs ꝫm gra
tiam. nō naturā q2 rediret in nihilum. ni
si per gratiā cōseruationis detineretur.
Angelo attribuūtur quattuor. scilȝ essen
tie subtilitas intellectꝰ perspicacitas. libe
ri arbitrij facultas. discretio personalis.
in primis tr bꝰ conuenit anima cū ange⸗
lo. in 4°. ñ. q2 anima non est ꝑsona. habet
etiā alia tria āgelus. scilȝ virtuositatem
in operādo officiositatem in ministrādo
immutabilitatē post electionē siue in bo
no siue in malo. Differentie quattuor as⸗
signātur inter āgelum ⁊ animā. Prima
⁊ principalis est penes esse naturale q2
anima est vnibilis corpori. etiā actu sepa
rata. angelus nō. 2ª est penes esse logi⸗
cum. idest diffinitionē. q2 anima rōnalis
est: sed angelus itellectualis. Anima eni
apprehēdit inquirendo ⁊ cōferendo. an⸗
gelus vero intuēdo. 3ª est penes esse me
taphisicum. idest separatum a materia. ⁊
a motu. q2 angelus nō habet passibilita⸗
tem. nisi respectu superiorū. anima vero
respectu iferiorū. q2 immutatur a sensi⸗
bilibus. 4ª est penes esse theologicum.
quia anima vertibilis est a bono in malū
⁊ ecōtrario. angelus vero nō. quia manet
in eo ad qđ se cōuertit. siue bonum sit. si⸗
ue malum. Angeli enim sunt oēs silens
in eo ꝙ imortales. inuisibiles. indissolu
biles simplices. discreti personis. incom
mutabiles. incōmunicabiles sunt alteri
nature. sed dissimiles sunt in donis gra⸗
tie ⁊ nature. Preterea dicit. Dionysi. ꝙ
in omni natura spirituali creata. aliud
est eēntia. aliud est virtꝰ. aliud est opatio.

¶ De distinctione celestium hierarchia⸗
rum. Caplm. 12

b Jerarchia triplex ēst. scilicet sup
celestis. celestis. ⁊ sub celestis. su
percelestis est in tribus ꝑsonis.
vt quidā dixerunt. ⁊ male. q2 ꝫm Diony⸗
sium. hierarchia dicit ordinē. ⁊ ille abso⸗
lute nō est in tribꝰ personis. sȝ tm̄modo
ordo nature celestis est in ordinibꝰ ange
lis. Subcelestis in hoībꝰ scis. Porro hie
rarchia celestis diuidit̃ in supiorē mediā
⁊ iferiorē. Supior ꝯtinet tres ordines. s.
cherubī. seraphin. ⁊ thronos. quoꝝ ꝑmi
ꝯsiderant dei bonitatē. scđi dei veritatē
tertij dei: eqtatē. itē in primis deꝰ amat
vt charitas. in scđis noscit vt veritas. In
tertijs sedet. vt equitas. Media cōtinet
dominationes. principatꝰ. ⁊ potestates.
quorum primi regūt officia angelorum
sequentes capitibus presunt populorū.
Ultimi ptātē coercent demonū. item in
primis deꝰ dñat̃. vt maiestas. in sequēti

bus regit vt principat⁹. in vltimis tuet̃. vt salus. Inferior hierarchia similit̃ cõti net tres ordines. ſ. vtutes. archangelos angelos. ad quoꝝ priores ptinet miracu loꝝ opatio. Ad ſcđos maioꝝ negociorũ denũciatio. Ad tertios humane custodie sollicitudo. In primis de⁹ opat̃ vt virt⁹ In ſcđis deus reuelat. vt lux. In tertijs mittit. vt inſpirãs. Hec dicta sunt ſ3 bea tũ Gre. ⁊ ſm Ber. ſed ſ3 D.o. Uirtutes sunt. medius ordo ſcđe hierarchie ⁊ pnci pat⁹ primus ordo tertie hierarchie. Hic attendendũ q̧ in q̃libet triũ hierarchiaꝝ pmiſſaꝝ notat̃ trinitas diuinaꝝ pſonaꝝ vt p3 in celeſti hierarchia tam ſupiori. ꝗ̃ media ꝗ̃ etiã inferiori.

C De ppꝛietatib⁹ angeloꝝ. Cap. 13

Angeli ſm Iſidoꝝ. ſũt ſpũali sub ſtãtia facti añ oẽm creaturã crea ti. natura mutabiles conditi. ſed cõtemplatiõe imutabiles facti. aio ipaſſi biles: mente rõnales. felicitate ſecuri. fu turoꝝ preſcij. iuſſi mundũ regunt. miſſi corpa aerea sumũt. in celeſtib⁹ cõmorant̃ Ber. de eodẽ. Inueſtigemus inueſtiga bilia. ⁊ primo ſpũs eſſe potentes. glorio ſos. beatos. diſtinctos in perſonis. diſpo ſitos in dignitate. ab initio ſtantes in or dine ſuo. pfectos in genere ſuo. imortali tate perpetuos mẽte puros. affectu beni gnos. religione pios. vnanimitate indi uiſos pace ſecuros: diuinis laudib⁹ ⁊ ob ſequijs deditos. Itẽ ſm Ber. In ange lis eſt dignitas creationis. grã cõfirma tionis. amor creatoris. viſio diuinitatis eſt etiã in angelo per oia. ſic̃ ſupradictũ eſt eſſentie ſubtilitas. intelligentie pſpica citas. liberi arbitrij facultas. agilitatiſ ve locitas. pmpte oẽs obediũt. maiores ſiñ elatione pſunt. minores ſine vitio ſubſũt qui ad exteriora exeunt. ab interiori con templatiõe nõ recedunt. oẽm veritatẽ in terioꝝ superiores ptĩcipant nõ econtra. Qui excellunt in natura precedũt in grã ⁊ gloria. In eodẽ ordine alij eſſe alijs di gniores duplicem habẽt viſionem. ſ. ma tutinã ⁊ veſpertinam. Illuminatiões q̃s a ſupioribus recipiunt alijs tribuunt.

C De ppꝛietatibus ⁊ officijs ſingulorũ ordinum. Cap. 14

Proprium eſt ſeraphin in amore ardere. ⁊ alios ad incendium di uini amoris pmouere. ⁊ in deũ ordinare. formã diligendi tribuere. Iſti imediate deo iungũtur. ⁊ ideo purius ⁊ ſanctius in ipſos operantes theophanie deferũtur. ad aliud quoq3 extra amatũ nõ diuertunt. Cherubin quoq3 primo ⁊ principalr̃ relucent diuini luminis radio pro eo q̧ vicinius diuine ⁊ prime verita ti iungunt̃. Hoꝝ offiñ eſt pmouere ho mines ad diuinã cognitionẽ. ideo dicũ tur pre ceteris lucere. qꝛ plenitudinẽ lu minis quã ſuſcipiunt alijs inferioribus cõicando trãſfundũt. Throni dicunt̃ eo q̧ in eis dñs ſedet ⁊ iudicia ſua per eos determinat. In his ergo pcipue relucet rectitudo diuini iudicij. Hi quãdoq3 ve ritatẽ dei quã ſupra ſe accipiũt ad iferio res trãſfundunt. Dñationes dñr eo q̧ ce teris angelis dominantur ⁊ ab omni op preſſione ſunt liberi. ⁊ nulli iferiori ſubij ciuntur. Horũ offiñ ſm Greg. eſt in bel lo ſpũali inſtruere qualit̃ oporteat prela tionis offiñ exercere. ⁊ qualit̃ debeat ſub ditis dñari. Hoꝝ offiñ eſt ſm Dioniſi. ti more ſeruili depoſito in deũ moueri. ⁊ i ceſſanter ei famulari. Principat⁹ ſubdi tis angelis pſunt. ⁊ eos ad miniſteriũ di uinũ explendũ diſponũt. Ad hos perti net ſm Dio. vniuerſale regimẽ vnius re gni ⁊ gentis ducere ad dei ſimilitudinẽ Miſteriũ quoq3 eoꝝ eſt ſm Gre. docere hoies. exhibere reuerentiã vnicuiq3 ſm gradũ ſuũ. Hoꝝ etiã offiñ eſt pmouere hoies. vt nõ ppter vtilitatẽ ppriã. ſed p pter ſoli⁹ dei amorẽ ⁊ honorẽ faciant iu ſtitiã. Poteſtatib⁹ ſm Iſido. Uirtutes aduerſe ſbiecte ſũt ne mũdo tãtũ noceãt q̃tũ cupiũt. Hoꝝ offiñ ſ3 Gre. eſt illos qui in ſpũali certamie deſudãt ɔfortare. ⁊ ne ſpũale regnũ amittant defendẽ. Et ſm Dio. ad ipſos ſpectat angelos infe riores quãtũ poſſibile diuine potẽtie cõ

formare. Uirtutes sunt infatigabiles ad executionē faciēdorū ⁊ robusti ad pcepti onē munerꝫ. Horꝫ officiū est ꝫm dionysiuꝫ docere plātos vt facile ⁊ pseuerāter que ad officiū plationis pertinent exequant̄. ⁊ spūalia onera substineāt patiēter. Iteꝫ p istos miracula fiūt. ⁊ virtutes faciēdi mi rabilia pfectis ꝯcedunt̄. Archangeli sum mi nūcij nuncupant̄. ⁊ summa nūciant. Horꝫ officiuꝫ est ꝫm Grego. de his que pertinent ad ꝓmotionē fidei. vt de nati uitate xpi. ⁊ de factis eius hoīes expedi re. ⁊ demones ab hoībus remouere ⁊ ꝫꝫ dionysiuꝫ ꝓphetias reuelare. Isti illumi nationes q̄s a superioribus suscipiūt īfe rioribus ānūciat. ⁊ per eosdē nobis. An geli sunt in celesti dispositiōe vltimi ⁊ ho minibus magis ꝓpinq. Angelus nomē est officij. nō nature. Isti minora nūciant ⁊ hoīes ad diuinā cognitionē ducūt ⁊ vt iuste viuant instruūt. Hi se sursum extē dunt p dilectionē dei. ⁊ in semetipsis fir mant̄ per custodiā sui ac sub se ꝓgrediū tur ad auxiliū ꝓximi. Nos aūt assimilari debem⁹ seraphin per caritatē. cherubin per cognitionē. thronis per eqtateꝫ. dña tionibus carnē spūi subiugando. ꝑncipa tibus reuerētiā maiorībus exhibēdo. po testatibus tētationib⁹ diabolicis resisten do. Iteꝫ debemus assimilari virtutibus per cōpassionem. archangelis per instru ctionē angelis per obsequij exhibitionē.

¶ De cognitiōe ⁊ motu angelorꝫ. Ca. 15

Angeli cognitionē habēt matuti nā. hoc est cognitionē rerꝫ in ver bo. Itē vespertinā. i. cognitioneꝫ rerꝫ in se. Item meridianā. i. aptaꝫ dei vi sionem. Est ⁊ alia cognitio angelica ꝓut maiores indicāt minorib⁹ que p diuinas theophenias pceperūt. Theophenia ve ro est ostēsio alicui⁹ cognoscibilis de deo per illuminationē de deo venientē. ⁊ hoc pōt esse vel in simbolis vel facie ad faciē. Nota ꝙ angelus in cognitiōe rerꝫ in pro pria natura cognoscit plura simꝉ habitu. nō actu. Circa incarnationē ⁊ passionem xpi sciuerūt āgeli ꝫꝫaꝫ facti. ſꝫ nō oēs cir cūstantias vt q̄re vel quō. Preterea que cūqꝫ angeli cognoscūt. noscunt remota si cut ꝓpinqua. qꝛ cognitio eorꝫ nō per sen suū: ſꝫ per ītellectuꝫ est. Status āgeli tri plex est. s. inocētie. grē ⁊ glīe. distinguit̄ motus angelorꝫ tripl̄r ꝫm dio. circularis rect⁹ ⁊ obliquus. Circularis est ab eodē i idē. ⁊ ꝯ idē cētrū imobilē. hunc motū hñt angeli q imediate recipiūt illuminatiōes a deo. ⁊ p illas reuertunt̄ ad deū. istud āt cōuenit supiori hierarchie tm̄. Itē motu recto mouent̄ qñ pcedūt ad ꝓuidentiaꝫ subiectorꝫ recte oīa trāseūtes: ⁊ ibi nō re uertunt̄ ab eodē in deū: ſꝫ de vno ad aliō Itē est in āgelis mot⁹ obliquus qñ cogni tionē īferiorꝫ qbus ꝓuidēt reflectūt i deū prīn^m ⁊ finē pulchri ⁊ boni. Nota diīam iter assistere ⁊ mīstrare: qꝛ assistē ē facieꝫ ꝯtēplari. sic assistūt oēs boni angeli. Itē assistere ē imediate recipe illuminatiōes a deo. sic assistūt tm̄ tres ꝑmi ordīes. itē assistere est appropinq̄re deo ⁊ extraneū eē ab exteri⁹ missiōe. sic assistūt quattuor ꝑmi ordines. Mīstrare vero est nūciare pro tpis opportunitate. vl̄ opari ꝫꝫ officiū est. n. mīstrare nūcij vel officij. Erratū est circa motū angelorꝫ trib⁹ mōis. Dicebāt eni qdaꝫ phi ꝙ angeli nunq̄ mouent̄: ſꝫ mouēt speras. ⁊ p eas volūtates hoīum. Itē dixerūt qdā alij ꝙ angelus sit in plu ribus locis. ⁊ ēt vbicūqꝫ si voluerit. Iteꝫ dixerūt alij ꝙ āgelus sic venit de fine spa cij ꝙ nō trāsit media. ſꝫ trāsilijt. illō quo qꝫ ꝑtermittendū nō est ꝙ vnusqsqꝫ ordo ab eo denoiat̄ ꝫꝫ ꝙ respectu īferiorꝫ ordi nū aliqd excellētius accepit in munere.

¶ De prelatione angelorꝫ. Cap. 16

Presunt qdā angeli regionibus. vt dꝛ Daniel. 7. Princeps grecorꝫ ⁊ ꝑnceps persarꝫ ⁊c. Quidā vero presunt ecclesijs. Apoc. 2. Angelo ephesi eccl̄ie scribe. Itē alij ꝑsunt ꝑsonis. Actuū 12. Angelus petri credebat̄ ad hostiū sta re. qdā ēt spūs maligni dicunt̄ vitijs pre esse. vñ vocat̄ aliquis spūs supbie. ⁊ luxu rie ⁊ hmōi. Que aūt plationes ꝑmaneāt. vel que cessent post hāc vitā. Sciendū est

ꝙ hierarchie ſꝑ ſtabunt quantum ad in-
ſtantiā beatitudinis. ⁊ ꝙ̄tū ad gradū di
gnitatis. ⁊ nobilitatē doni gratuiti ac na
ture. Ceſſabūt ꝑlationes angelice ad ho
mines ⁊ ad angelos quo ad actū regimi
nis ſcḋm gubernationē mūdi. ⁊ electoꝝ ſ3
viam ad patriā. ¶ Prelatio aūt in demoni
bus quo ad offm̄ inſultādi ⁊ irridendi. ⁊
ſcḋm ꝙ vnꝰ ꝓuocat alteꝝ in malitia. ⁊ hoc
nō deſtruet̃. ps. Supbia eoꝝ qui te ode
runt aſcēdit ſemꝑ. nec deſtruetur quo ad
malitiā ⁊ naturā. Ceſſabunt aūt eoꝝ ꝑla
tiones quo ad offm̄ tentādi eos q̄ ſunt in
via. in hoībus etiā ꝑlationes euacuabun
tur. q̄ꝛ nō erunt decani cēturiones cyliar
che. ⁊ hm̄ōi. in creaturis ſimiliter ceſſa-
bunt prelationes. quia ſuperiora nō mo
uebunt tunc inferiora ſicut modo.

¶ De ꝯfirmatione angeloꝝ. Cap. 17

c Onfirmationē h3 angelus ex tri-
bus. ſ. ex nā. grā. ⁊ gloria. Ex nā:
q̄ꝛ natura ſpūalis ſemel tm̄ verti
bilis eſt. vel in bonū. vel in malu3. niſi ex
vnione vnius cū altero. ſicut p3 in aīa. q̄
diū eſt in corꝑe p̄t mutari ſepius de bono
in malū. ⁊ ꝯ. ſoluta vero nō. Huius āt rō
eſt. q̄ꝛ nā ſpūalis ꝑꝑ ſuam ſimplicitatē ſe
totā cōuertit ad id qḋ eligit. qḋ non facit
nā vnita. q̄ꝛ hēt corpus retrahēs. Ex grā
ſilr̄ hēt ꝯfirmationē. q̄ꝛ ſi aliq̄d cōnectit̃
ſtabili eterno vinculo ꝑpetuo illa cōnexio
ſemꝑ manet. Sic āgeli colligati ſunt ſta
bili eterno. ſ. de hoc vinculo indiſſolubili
ſ. caritat͛. Apo. Caritas nūq̄ꝫ excidit. Ex
glīa quoq3 hn̄t ea3. q̄ꝛ cū habeāt ꝑ glīam
que eſt fořa cōplectiua angelici ꝯſiderij.
nō vagant̃ extra ipm̄. vt querāt q̄cq̄ꝫ illo
melius vel ꝯſiderabilius atq3 iocūdius.
Nihil enī in creaturis iueniūt qḋ poſſit
eos a fonte diue dulcedis auertere. Te-
nendū eſt itaq3 ꝙ āgeli boni ex libertate
arbitrij ad deū ꝯuerſi ſtati fuerūt ꝑ grā3
⁊ glīa3 in volūtate ꝯfirmati fideles ac fe
lices effecti. atq3 in rōne illuſtrati. vt non
ſolū cognoſcerēt res in ꝓprio gn̄e. ſ3 etiā
in arte. hoc ē in verbo. filius. n. dr̄ eē ars
p̄ris per quā operat̃. Acceperūt aūt in ſe
ꝑfectionē in virtute oꝑatiua. ſiue exequā
tur illā aſſumpto corpore. ſiue alias atq3
perfectionē in virtute cōtemplatiua qua
quocūq3 mittantur intra deum currunt.

¶ De cuſtodia angeloꝝ. Cap. 18

a Ngeli nobis ad cuſtodiā depu-
tati tenēt nos ſtātes ne cadamus
⁊ cadētes nos adiuuāt vt ſurga-
mus. nec vnq̄ꝫ nos deſerūt ēt peccantes
quin ſint ſemꝑ parati auxiliari ſi volumꝰ
Hoc tm̄ fallit in obſtinatis a quoꝝ cuſto-
dia deſiſtit angelus actualr̄. paratꝰ eſt tm̄
cuſtodire ſi redire voluerit. q̄ꝛ nūq̄ꝫ deſe
rit̃ hō ex toto ab angelo. Nota ꝙ xp̄s ha
buit deputatū ſibi angelū. ſic ⁊ hēbit anti
xp̄s quē licet ꝑꝑ nimiā obſtinationē ſua3
nō ſit habiturus ꝓmotione3. hēbit tm̄ ad
accuſationē. Effectus autē angelice cuſto
die multiplex eſt. ¶ Primꝰ eſt ipedimenta
boni ⁊ occaſiones mali ⁊ actiōes peccan
di remouere. Exodi. Mittā angelū p̄cur
ſorē qui eijciat Jebuſeū. Scḋus eſt tēta
tiones mitigare. Dan̄. 3. Angelus dn̄i de
ſcēdit in fornacē ⁊c̄. Tertius eſt ꝯ hoſtes
viſibiles adiuuare. 4. Regū. Heliſeꝰ vi-
dit caſtra angeloꝝ. Quartus eſt ořones
nr̄as ⁊ elemoſynas deo p̄n̄tare. ⁊ ꝓ no-
bis orare. Thobie. 12. Qn̄ orabas cu3 la
chrymis ⁊c̄. Quintus eſt viā oñdē. Tho
bie. 5. Ego ſanū ducā ⁊ reducā ⁊c̄. Sextꝰ
eſt in agēdis docere. Zacha. 2. De āgelo
qui inſtruxit eū de fabris. Septimus eſt
ſeip̄m ⁊ alia ſecreta reuelare. Thobie. 12
Ego ſum raphael āgelus. Octauus eſt a
ꝑctis excitare. Actuu3. Surge velociter.
Nonus eſt ad feruorē excitare. 3. Regu3
19. Surge comede. grādis enī tibi reſtat
via. Decimus eſt ꝯſolari. Thobie. 5. for
ti aīo eſto. in ꝓximo eſt vt adeo cureris.
Undecimus eſt de ꝑctis increpare. Ju-
dith. Dixit angelus pp̄lo iſrael. Cur ꝯtra
deū feciſtis. Duodecimꝰ eſt ꝯtrarias po
teſtates arcere. ne tm̄ nocere valeāt q̄ꝫtū
velint. Thobie. 8. Qualiter āgelus aſmo
deū ligauit. Angeli ſuiunt nobis ꝑꝑ tria
ſ. ꝑꝑ ruine ſue reparationē. q̄a hoīes ſal-
uandi intrabūt in locū cadentiū angeloꝝ

Item propter meriti accidentalis cumulationē qd augetˀ in eis vsq3 ad diez iudicij. Itē ꝓpter amoris erga nos demonstrationē. Dionysi⁹ attribuit angelo tres act⁹.s.purgare illuminare ⁊ pficē. Purgant itaq3 angeli remouēdo fantasmata que ipediunt illuminationē quā angelus intēdit facere in nobis. Vñ tria remouēt ab aia.s.ignorantiā ⁊ nubila fantasiaru3 ac falsas opiniones pbicaꝝ rōnu3 reuelationi ꝯriaꝝ. Illuminat vero aiam tripłr ad sensu3.vt p3 qñ aliqd manifestatˀ in assumpto corpore.⁊ hāc ptātē hēt ēt diabolus. Itē ad intellectū.⁊ talis illuminatio solū pfecta est. Notandū aūt ꝙ angelus nō illuminat intellectū efficiēdo nouā cognitionē in aia.q2 nō pōt itellectu noua3 spē3 creare nec habitū noui lumis creare vel excitare.s3 nec eius intētionē quo vult ꝯuertere pōt.q2 hoc est ꝯ naturā liberi arbitrij. Hec.n.tria reqrūtˀ vt itellectus nr̄ intelligat aliqd.s. spēs qua cognoscatˀ.⁊ lumē in quo cognoscatˀ.⁊ itentio qua cōuertat se itellectus sup spē3. illuminat āt angelus itellectū nr̄m excitādo ⁊ disponēdo ⁊ lumē diuinū in nobis trāsferēdo facit.n.vt dcm̄ est in fantasia trāsmutationē speꝝ cōponēdo ⁊ diuidēdo ꝺm exigentiā rei quā vult reuelare. Itē irradiat lumē itellectus sui sup illas spēs vt moueant itellectū nr̄m.⁊ sic plura ⁊ subtiliora videre pñt in luie duplicato.itē excitat intentionē aie aliquo motu vt ipa ꝯuertat se sup illa fantasmata.abstrahendo se ab alijs. Proficiūt aūt.i.ꝓmouēt ad melius. Sed vtrū angelus accendere possit affectū humanū tripliciter potest itelligi scilicet efficiendo vel mouēdo vel excitādo:⁊ adiuuādo. Primo modo solus deus pōt inflāmare affectum.scil3 per effectū. Scdo modo ipm desideratu3 inflāmat.scil3 excitādo ⁊ iuuādo. Tertio modo pōt angelus affectū nostru3 incēdere per motū. De his habemus exēplum in naturis:q2 pmo ignis accēdit ligna. Secūdo mō ligna incēdūt igne3. Et tertio q ligna igni apponit icēdit ignem. Differētia est iter mittere cogitationē ⁊ icēdere. ⁊ mentem illuminare.q2 cogitationē immittere est vt dicit Beda int⁹ creare ⁊ facere cogitationē.s3 incēdere est cogitationem ia3 factā inflāmare. illuminare vero est dare reuelationē de aliquo occulto intelligibili.

¶ De locutione angelorum. Capłm. 19

Verbum triplex est.s.mētis oris ⁊ opis.verbo mentis loqtur deus angelo.⁊ ecōtrario.itē deus aie ⁊ ecōuerso.itē deus diabolo ⁊ ecōuerso. cuius tñ intētio deum latere nō pōt. verbo aūt oris loqtur homo hōi corpe vnito aie. Angelus vero homini corpe assumpto.s3 verbo opis loqtur deus diabolo: ⁊ angelus diabolo. De locutiōe itaq3 angeloꝝ.nota ꝙ angelus loqtur deo cu3 ex visis in motū admiratiōis exurgit vel cū affectus suos ei pñtat. quos tñ eū latere minime dubitat. Angelus vero loqtˀ angelo verbo mentis sue. species ostendēdo mediante illuminatiōe quadam spirituali irradiante ab ipso. Item angelus facit quid coram angelo.quo facto itelligit qd non itelligebat. Et sic loquuntur omnes oibus.s. maiores inferioribus ⁊ econuerso. Item loquitur angelus angelo per cōmunicationē diuini luminis ipsum instruendo: sic nō loquūtur omnes omnibus nec omnia.sed tantū superiores inferioribus de his que per diuinas theophonias perceperūt. Loquitˀ autem angelus homini dupliciter. pmo modo verbo vocali in assumpto corpore.s3 tunc sicut nō profert sonum in organis materialibus scdm naturā.ita nec circulariter imutat medium queadmodū in voce naturali.vnde nō auditˀ nisi ab illo ad que3 ordinatur.⁊ simile est in apparitionibus angeloꝝ quos quidā vident.⁊ alij eque propinqui nō vident.vt apparet in Heliseo ⁊ puero eius. Dicūt tamē aliq ꝙ angelus nūꝗ apparet vel apparuit. aut loquitˀ homini in subiecta creatura. s3 intētionē siue silitudinē imponit in oculo ei⁹ vel intētionē vocis pōit in aura ei⁹. ⁊ ita

recipit sensus cōis spēs illas. ac deīde ꝑ ueniūt ad imaginatōes. p⁹ hec ad intellectū. ⁊ hoc ē ꝙ angel⁹ dr̄ apparere vel loq hōi. Secūdo mō loquit̄ angel⁹ hoi per īpressionē rex sensibiliū moto istrumēto imaginis. ⁊ sic loqt̄ vigilātib⁹ ⁊ dormiētibus. Itē loquit̄ angelus diabolo. spēs sui intellect⁹ ei sine aliqua illuminatione ostendendo. Itē loquitur diabol⁹ hoi dupliciter. Primo mō sensuꝫ imutādo. ⁊ hoc vel imaginatiōeꝫ alicui⁹ rei iprimendo in strumēto visus. vel obijciendo visui similitudinē alic⁹ rei. Secūdo mō loquitur diabolus hoi ꝑ impressionē rex sensibiliuꝫ in istrumēto imaginis. ⁊ hoc facit. qn̄qꝫ vigilātib⁹. qn̄qꝫ dormientib⁹. ⁊ sic imittit cogitatōeꝫ mali. cogitationē malā nō pōt imittere que tm̄ mala fit per cōsensuꝫ. Est ⁊ locutio aiax. qꝛ aia loqtur deo per desideriū cui⁹ affectiōes nude sunt ⁊ apte oculis dei. Aia similiter angelo loqtur. sed hoc ꝑ voces corpis quas bene ꝑcipit angel⁹ sicut ⁊ alia sensibilia. vn̄ existens aia in corpe alias spāli ptāte loquendi ad angelos nō indiget. sed hanc habebit eruta a corpe. Itē aia loqtur diabolo. qꝛ similitudines affectionū imprimūtur sensibus vbi diabolus legit eas.

¶ De spālibus noib⁹ angelox. Cap. 20

E Michael Gabriel Raphael d noibus. Sciēdū est ꝙ hec sunt ꝓpria noia archangelorū licet eox interptationes cōueniāt excellenti⁹. Michael interp̄tat̄ quis vt deus. Hic est de ordine principatuū ⁊ attribuunt̄ ei quattuor. s. eē ꝑ positū paradisi. i. ecclesie. sicꝫ olim fuit pnceps synagoge. Iteꝫ deferre aias in padisuꝫ. sed hoc itellige ꝙ gloriosius deferat ꝙ alij. Itē pugnare cuꝫ dracone. i. diabolo sic legit̄ in Apo. Itē venire in adiutoriū pplo dei. Gabriel interpretat̄ fortitudo dei. Hic est de ordine archangelox ⁊ merito. qꝛ magna nunciauit. Raphael iterp̄tatur medicina dei ⁊ de ordine angelox est. qui vnam personam custodiunt.

¶ De casu angeli. Cap. 21

O Mnes angelos fecit de⁹ bonos nō tamē summos sed medios inter summū bonū ⁊ bonum cōmutabile qđ est creatura. ita ꝙ si conuerterētur ad amādū deū qui supra se erat ascēderēt ad statū grē ⁊ glorie. Si vero conuerterent̄ ad bonū cōmutabile quod fuit intra se hoc ipso irruerent in malū culpe ⁊ pene. qꝛ nō est dedecus pcti sine decore iusticie.

¶ De spāli casu. Cap. 22

C Asus diaboli duplex fuit. s. spūalis ⁊ localis. Spiritualis. qꝛ cecidit de nature puritate. de flexibilitate liberi arbitrij ad cōmutabile bonū. de luce in tenebras. de sciētia ad ignorātiā. de inocentia ad culpam. de felicitate ad penā de dilectione in odiuꝫ. Post casum enim fact⁹ est impotens ⁊ obstinat⁹ in malo ⁊ excecatus a vero. ⁊ deordinat⁹ in bono. ⁊ infirmatus in virtute. ⁊ exclusus a dei contēplatione. Preterea volūtas eius impia conuersa est ad hominis odiū ⁊ inuidiā. vn̄ toto conamine nititur ad ei⁹ subuersionē ꝑ tētatiōeꝫ multiplicē.

¶ De locali casu. Cap. 23

C Asus etiā diaboli localis fuit qꝛ vel in infernū vel in caliginosū aerem q est in medio terristitio aeris corruit. Demones eniꝫ nō sūt i supiori pte aeris ne lumine gaudeāt nec sūt in pte iferiori ne nimis ꝯ nos seuiāt. Vn̄ notandū ē ꝙ in demonib⁹ est tria ꝯsiderare scꝫ nāꝫ offm̄. ⁊ pctm̄. Et nāe qdeꝫ ꝯuenit loc⁹ sūm⁹. i. celū i quo tāꝙ i loco ꝯgruo sūt creati. ⁊ post moduꝫ in nā si stetissent pficiēdi. Offō vō qđ hn̄t exercēdi hoies cōuenit loc⁹ medi⁹. i. aer caliginosus vbi ⁊ satis ppinq sūt nobis ad tētanduꝫ. ⁊ tn̄ nō hn̄t lumē ad gaudēdū. Sed pctō ꝯuenit loc⁹ ifim⁹. s. ifern⁹. Vn̄ ⁊ demones p⁹ fineꝫ mūdi qn̄ cessabit eox offm̄ detrudētur simul i ifernū. Dicūt qdā ꝙ angelus cecidit scd̄a die. Sꝫ cōior est opinio ꝙ ꝑma die subito post creatōeꝫ suā ceciderit Dicit̄ cōit̄ ꝙ decim⁹ chorus āgelox cecidit. sed hoc nō dr̄ qꝛ decē ordines ange-

lorū fuerūt. sed ꝙ tot de singulis ordini
bus ceciderūt ꝙ poterāt facē chorū vnū
Nouē ordines angelorū sunt. qlibet or-
do hꝫ suas legiones. Legio aūt angelorū
hꝫ. 6666. vnitates. Tot autē in singulis
ordinibꝰ sunt legiones quot in legiōe sūt
vnitates.

est iusta ⁊ a diuina prouidentia ordinata Quod aũt vnum pctm̃ nascat̃ ex alio sic apparet. Supbia que vult oẽs excellere dolet si aliqs ei equat̃. ⁊ sic ex ea nascitur inuidia. Inuidia vero qꝛ de facili irascit̃ ei cui inuidet. iõ ex ea nascat̃ ira. Sed ira cũ non põt se vindicare tristat̃. ⁊ iõ ex ea nascitur accidia. Accidia vero cõsolationem querẽs in exterioribus facit auarꝫ. Auaritia aũt qꝛ in tpalibus abundat põt magis exercere gulã. Gula vero ꝓpter ventris repletionẽ de facili spumat in libidinẽ. ⁊ ⁊ ita generat luxuriã. Itẽ bona que fiunt infructuosa reddit ⁊ q̃tum ad meritũ ⁊ quantũ ad p̃miuꝫ. sicut ramus p̃cisus ab arbore nõ ꝓfert fructum: sꝫ arescit ⁊ habilitat̃ ad incẽdiũ. De talibus dr̃ Deut. 28. Maledictus eris ingrediẽs ⁊ egrediens. s. ecclesiam mãlem ad orandũ. qꝛ talis oro nõ est meritoria. imo dicit Aug. ꝙ si tales cruce se signãt potius icludũt in se diabolũ q̃ excludãt. qꝛ iam in eis ꝑ effectũ habitat. Ex hoĩe ifernũ facit. qꝛ in pctõre est ignis auaritie. fetor luxurie. tenebre ignorãtie. vermis ꝯscie. sitis cõcupiscẽtie. demones per effectũ. ⁊ hmõi. itẽ tandẽ hoĩem relinqt vacuum. Gen̄. Terra erat inanis ⁊ vacua. ⁊ merito qꝛ mundo adherẽtes suggunt vbera arida eo ꝙ relinquãt fontẽ vite ⁊ venaꝫ aquarꝫ viuẽtium ⁊ palludibus turbidis se satiãt. Itẽ fallendo decipit sicut lignũ putriduꝫ de nocte lucens. ⁊ sicut esca in hamo latens piscẽ decipit. Stultũ hoĩem demõstrat. qꝛ peccãdo qs sibi onus ad se deprimẽdũ iponit. ⁊ ligna sup dorsum suũ cremãda colligit. ⁊ illi huit ꝑ eũ pro huitio torquebit. Aug. Stultũ est in tali statu viuere in quo qs nõ audet mori. Sciendũ ꝙ pctm̃ grauat hoĩeꝫ in morte. qꝛ in morte priuat̃ hõ solatio visibiliuꝫ que dilexit. s. cibo. potu. amicis. rebus. lumine. requie. ⁊ ꝓprio corpore. qd̃ nunq̃ in tali forma suscipiet. imo vellet hẽre sicut qñ pro dimidia parte corrosuꝫ est a vermibus. qꝛ stupebit aĩa pctõris qñ corpus resumenduꝫ videbit. Turbabit̃ pctor in morte qñ videbit ꝯcursum demonum ad aĩam. parentum ad res. Tren̄. Oẽs inimici ei⁹ apprehẽderũt eam inter angustias. Postremo videndũ est qualr̃ pctm̃ p̃mat hoĩeꝫ post mortem. Cõfusionẽ hẽbit ex malorꝫ operꝫ denudatione. ꝓpheta. Reuelabo pudẽda tua in facie tua. Exprobationeꝫ christi audiet in iudicio. Mat. 25. Esuriui. n. ⁊ nõ dedistis mihi mãducare ⁊c̃. Requie ⁊ luce priuabit̃. Math. 22. Ligatis manibus ⁊ pedib⁹ mittite eũ in tenebras exteriores. Vñ nõ valebit ei ille cantus. Requiẽ eternaꝫ ⁊c̃. Suffragijs eccl̃ie nõ gaudebit. Isa. 66. Vermis eorꝫ nõ morief̃ ⁊ ignis eorꝫ nõ extinguet̃. in ifernũ precipitabit̃. Exẽplum de lapide molari quẽ ãgelus in apoc. ꝓiecit in mare dicẽs Hoc ipetu mittet̃ babylon in infernũ. A deo ⁊ electis ⁊ oĩb⁹ bonis sepabit̃ Mat. 25. Ite maledicti in ignẽ eternũ. A statu penitẽdi cadet. Jere. Trãsijt estas finita est messis. Ois spes mĩicordie p̃cidetur Isa. nõ remanebit testa vt portet̃ igniculus. s. charitatis de icẽdio aut hauriatur parꝫ aque de fouea. s. diuine mie. Sic̃ ita ꝙ pctm̃ nocet in pctõ existẽti ac in pctõ morienti sic quoq multiplr̃ nocet pctm̃ ip̃m deserẽti ⁊ de illo penitẽti. qꝛ gloriã p̃me inocẽtie nũq̃ recupabit. sicut. n. corrupta de cetero virgo nõ erit. ita semel peccans nũq̃ se nõ peccasse gaudebit. istud multis oñdit̃ exẽplis. Nã post sanationẽ vulneris sp̃ manet cicatrix. itẽ q semel furat̃ sp̃ dr̃ fur. itẽ domus eius dom⁹ discalciati dici põt. itẽ symon quẽ dñs a lepra mũdauit post mundationẽ sp̃ vocat̃ symon leprosus. itẽ tẽplũ qd̃ reedificatũ fuit post destructionem primi nullo⁹ fuit sileꝫ in pulchritudie tẽplo p̃ori. Ad tpalẽ penã obligat. Vñ non exibit inde donec reddat nouissimũ quadrãtẽ. itẽ regnũ celorꝫ nõ intrabit donec lignũ fenũ stipulã i. pena pctõrꝫ taꝫ mortaliũ q̃ venialiũ q̃ in p̃nti soluta nõ ẽ sup ip̃ꝫ cremet̃. A gloria retardat qd̃ figuratũ est in Absalon q postq̃ p̃ri recõciliatus fuit. tñ mãsit duobus annis ꝙ faciẽ eius nõ vidit. qꝛ rãdiu

differtur qs a gloria quousq3 fiat sine oī macula sic̄ erat in baptismo. Tp̄s amissum ꝛ meritū qđ sibi ꝯqrere potuit cum premio nūq̄ recupabit. Jere. Qui vēdit ad id qđ vēdidit non reuertet̄. Obscurat oculū cognitōis ꝛ hoc pp trabē que itus erat pp stercora hyrūdinū3 que ipm̄ excecauerāt. vt signat̄. i. Thobia. Un̄ augu. Oculis egris odiosa est lux sicut noctuis ꝛ vespertilionib⁹. Et nota ꝙ ad hoc ē de quodā ceco quē lȝ dn̄s illuminauerit nō tn̄ stari pfecte vidit. sȝ vidit hoīes q̄si arbores ābulantes. Affectū reddit tepidū. sicut i pede vulnerat⁹. ēt sanat⁹ claudicat ꝛ arbor de loco suo āmota. aliqd virtutꝭ amittit. Un̄ dcm̄ est hoi post pctm̄. Spinas ꝛ tribulos germiabit tibi. ꝛ dcm̄ est serpēti. Supra pectus tuū gradieris. Fastidiū hoi generat. Exo. Aia nr̄a nauseat sup cibo isto leuissimo. Aug. Palato nō sano pena est pāis. idē de se dixit postq̄ ꝯuersus fuit. Plus valebit malū inolitū q̄ bonū isolitū. Ad bn̄ operādū ipedit. Gen̄. 19. Uxor Loth respiciēs retrouersa est in statuā salis qđ sterilē facit terrā. Jtē in dolore pies filios. s. bonoꝝ opeꝝ ꝛ sctōꝝ. Ad resistendū tētatiōib⁹ debilitat. Judic. 16. Sāson post criniū abscissionē amisit vires. ꝛ arbor lesa p securiȝ cito a vento deijcit̄. Feruorē minuit charitatꝭ. sicut eclypsis solis diu postmodū nocet terre. eo ꝙ modico tpe sibi virt⁹ radiorū solis subtrahit̄. 3. Reg. 1. Rex dauid senuerat ꝛ cū opiret̄ vestibus nō calefiebat. Et aqua calorē ignis minuit vel extinguit. Dolorē ꝛ timorē semp infligit. dolorē quidē3 q2 certus de ppetrata culpa. timorē aūt q2 incert⁹ est de venia. Aug. Penitens semp doleat. ꝛ de dolore gaudeat. ꝛ n̄ sp doluisse doleat. Per pctm̄ corrūpit̄ puritas liberi arbitrij duplr̄. s. in agēdo. ꝛ suscipiēdo. Jn agendo quidē. q2 nō pt sp facere qđ d3 vel vitare qđ nocet. in suscipiēdo aūt q2 grām stabilem nō pōt suscipe in hac vita. itē corrūpitur rō in hac vita duplr̄. s. q̄tū ad discretionē iudicij inter bonū ꝛ malū ꝛ q̄tū ad deliberationē ꝯsilij inter expediens ꝛ inexpediēs. Jte3 corrūpit̄ affect⁹ dupli s. in ordine ꝛ in mō. q2 nec sp est ordinat⁹ nec sp moderatus. Pctm̄ multꝭ nocet s. ipsi faciēti. ps. Pctm̄ meū ꝯ me est sp. Hijs q sunt i purgatorio q̄s nō pn̄t pctōres tā efficaciter iuuare. sicut si essent in grā. ipsis dānatis ꝛ hoc p modū ꝯiunctionis. q̄to eni plures sunt in iferno tāto maior horror ꝛ maior pena. fallit. n. in inferno regula illa. Solatiū est mis̄is socios hēre penaꝝ. Saluatis ꝛ hoc p modū abstractionis. Na3 ex ꝯsortio ꝛ societate glorificatoꝝ auget̄ donū accn̄tale. Deniq3 ipis viatorib⁹ nocet tn̄ pro eo ꝙ acies eoꝝ ꝯ demones minuit̄ in illo qui pctm̄ perpetratū pro eo ꝙ alios malo exēplo corrūpit ꝛ scandalizat. Multa mala similiter eueniūt hōi ex eo ꝙ in peccatu3 a quo per penitentiā surrexerat recidiuat. Primū est quia homo fit impotētior ad resurgendū. Heb. 6. Jmpossibile est eos q semel illuminati sunt ꝛ gustauerūt ꝛc̄. ꝛ prolapsi sunt iterū renouari. Secūdū est ꝙ vitium fortificatur ad impugnādū Augustinus de se loqtur. Plus inqt valebat malum inuolitū q̄ bonum insolitū. Tertiū est ꝙ culpa fit difficilior ad remittendū. Jere. O quā vilis facta es nimis iterās vias tuas. ita etiā dicit̄ ꝙ vulnus iteratū tardius sanat̄. Quartū est ꝙ deus fit difficilior ad placādū. 3. Re. de semet qui ad primā petitionem inuenit misericordiā eo tn̄ pacto ꝙ staret in hierusalē. sed qn̄ secūdario peccauit sine vlla mis̄icordia occisus est. Quintu3 est ꝙ diabolus difficilior est ad expellēdū. Luce. Tūc assumpsit septē sp̄us nequiores se. ꝛ ingressus hitat ibi. ꝛ fi. no. ho. il. pe. po. Seqtur de corruptiōe spēi ꝛ modi ꝛ ordinis. Un̄ nota ꝙ bonitas nālius comparata ad aiā3 quā speciosa3 fac̄ dr̄ spēs sȝ cōpata ad opus qđ modificat dr̄ modus. cōpata vero ad finē. s. deū ad quē ordinatur dr̄ ordo. Alio modo corruptio speciei est dissimilitudo aie ad deū. Na3 spēs aie ē silitudo dei. Corruptio vo mo

cũ est diminutio extensionis virtualis si
ne īfirmatio potētie que ex hoc est. ꝙ aīe
nõ sustentant̃ cibo spũali gustãdo ꝙꝫ sua
uis est dñs. Corruptio aũt ordinis est in
aīa cũ aspectus ⁊ affect⁹ deorsum est ad
creaturas extra nãlem situm. Cuꝫ.n. hec
duo que sunt q̃si caput aīe sursuꝫ sunt ad
deũ in nãli situ ⁊ ordine sunt. alioqn hõ
erit q̃si euersus. Aliter ꝑuatio spēi est de
formitas siue carētia dbite rectitudinis
volũtatis. Rectitudo aũt volũtatꝭ est vt
nõ declinet a suis extremis. s. a deo ꝑn°.
⁊ a deo fine. s. oīa que hꝫ a deo ꝑnci° re-
ferat ad deũ finē. Cum.n. quis qđ hꝫ sibi
attribuit. aut ponit alium finē ꝙꝫ deũ. hõ
iste curuus est. Itē priuatio modi est ex-
cessus ꝓprie voluntatis. s. cũ vult aliquid
diuine voluntati ꝯtrariũ. Iteꝫ ꝑuatio or
dinis est auersio volũtatis a deo ⁊ ꝯuer
sio ad creaturã. Iteꝫ ⁊ aliter creatura rõ
nalis a summo bono est ſm triplicē habi
tudinē. s. efficientis formalis ac finalis. ⁊
iõ nata est agere opa sua a deo ⁊ ſm de
um ⁊ pp deũ. ⁊ hoc ſm modum speciē ⁊
ordinē sibi insitum. Sed qm̃ eadem rõ-
nalis creatura de nihilo facta fuit ꝙꝫtuꝫ
ad cãm mãlem potuit deficere suis acti-
onibus. vt. s. operationes sue nõ essent a
deo. ac per hoc nec ſm deuꝫ nec propter
deum. hoc autē est peccatũ ipsius speciei
modi ⁊ ordinis corruptiuum.

¶ De pctõ originali ſm rem. Cap. 8

e Xpedito de pctõ in genere. dicē
dum est de pctõ in spē ⁊ ꝑmo de
originali ⁊ post hoc de actuali. lꝫ
igitur aīa nõ sit ex traduce. tñ originalis
culpa ab aīa ade trãsit ad aīas posteroꝝ
mediante carne per ꝯcupiscentiã genera
ta. Ita ꝙ sicut ab aīa peccãte infecta fuit
caro ade ⁊ ꝓna effecta ad libidinē. ita se
minata caro secũ trahit infectionē ⁊ viti-
at animaꝫ. Ex quo pꝫ ꝙ pctm̃ originale
est in carne ⁊ est in aīa. In carne est mãli
ter ⁊ originaliter. ⁊ in aīa formalit̃ tanꝙꝫ
in subiecto. Sola eni aīa est susceptibilis
virtutis ⁊ vitij. ⁊ tñ sicut dictũ est ex con
iunctione ad corpus corruptiuũ trahitur
ad vitium. sicut qñ cadit quis in lutuꝫ fe
datur ⁊ maculatur. Talis aũt īfectio aīe
nõ tm̃ est pena. sed etiã culpa. Ipsa vero
culpa que macula est delet̃ in baptismo.
Pena autē que fomes appellat̃ siue pec
candi ꝓnitas remanet post baptismũ. Li
cet eni curetur in baptismo culpa ꝙꝫtum
ad reatuꝫ dãnationis eterne. tñ remanet
ipsa pena ꝙꝫtum ad actũ ⁊ motum ꝯcu-
piscentie. cũ qua nos opꝫ ꝙꝫdiu viuimus
pugnare. nisi extinguat̃ ꝯcupiscentia per
grãm qđ tamē raro ꝯtingit in aliquo ho
mine. qđ dico ꝓpter beatam Mariã vir
gineꝫ in qua fuit extincta in ꝯceptione fi
lij per grãm singularem. Ex predictis pꝫ
ꝙ ꝑsona corrumpit naturã. ⁊ ecõtra na-
tura corrupta corrumpit ꝑsonam. Nam
per pctm̃ primi hoīs corrupta est huma
na natura. sꝫ natura sic corrupta corrũpit
alias ꝑsonas. Notandũ aũt ꝙ corruptio
ꝑsone est reatus mētꝭ. corruptio vero na
ture est infectio carnis ꝓut est principiũ
ad carneꝫ alteram. Deniqꝫ nullo mõ dꝫ
imputari deo infectio aīe. lꝫ eam creãdo
infundat ⁊ vniat cuꝫ carne infecta. qm̃ or
dinatissimũ fuit vt humana nã cõdiretur
ita ꝙ ꝯdita ꝓpagaretur ⁊ pro pctõ puni
retur. Vñ sicut in cõditione ſuatus est or
do sapiētie. ⁊ in ꝓpagatione seruatus est
ordo nature. sic in punitiõe debuit ſuari
ordo iusticie. Et ita pꝫ ꝙ nõ est ꝯtra di-
uinam equitatē. si ad posteros culpa trãs
mittitur. Dicēdũ igitur ꝙ originalis cul
pe transfusio vel transmissio nõ est a deo
nec a natura cõdita. sꝫ a vitio primi hoīs
ꝑpetrato. Et hoc est qđ ait Aug⁹ ꝙ pctm̃
originale nõ trãsmittit ad posteros ꝓpa
gatio sꝫ libido. Sic eniꝫ ꝯditus est hõ vt
spũs p̄esset corpori. ⁊ corpus subeēt spũi
s. ꝙꝫdiu ille obediret suo ꝯditori. Et eꝯ si
spũs non obediret deo iusto dei iudicio
corpus īcipet rebellare spũi. Sicut ergo
si Adã stetisset corpus suuꝫ obediēs ei fu
isset ⁊ tale ad posteros transmisisset. sic
Adam ex quo peccauit ⁊ caro eius fcã est
rebellis oꝫ ꝙ talē ad posteros trãsmittat
⁊ ꝙ deus ſm institutionē primariã aīaꝫ

infundat corpori. ꝛ ex hoc pꝫ ꝙ pater est
causa originalis pcti in filio. ſꝫ cãꝫ hic in
tellige in genere cãe efficiẽtis. Oẽs p cõ=
cupiſcẽtiã nati naſcunt̃ filij ire pp qḋ in=
currimus multiplicẽ defectuꝫ tã corpis
ꝗ̃ aie ad quos ſubſeqmur penã mortis.
ꝛ penam carẽtie viſionis dine ꝛ amiſſio
nis glie celeſtis nõ ſolũ in adultis. verꝫ ẽt
in paruulis nõ baptizatis q pena mitiſſi
ma inter ceteros puniunt̃. qꝛ ſolã penaꝫ
dãni hñt ſine pena ſenſus. Originale pec
catũ ſic curat̃ p baptiſmũ in parẽte ꝙ ni=
hilominus ab eo q curatꝰ eſt tranſmittit̃
in plẽ. ſicut videmus ꝙ circũciſus gene=
rat filiũ cum p̃putio ꝛ granũ nuduꝫ ſemi
natũ generat granũ cũ palea. ꝛ hec eſt rõ
qꝛ hõ gnãt filiũ nõ ſm qḋ creatꝰ eſt in mẽ
te. ſed ſm qḋ corruptus eſt in carne nõ ſꝫ
qḋ ſpũalis. ſed ſm quod carnalis.

ℭ De pctõ originali ſm nomẽ. Cap. 9

O Riginale pctm̃ hꝫ multa noia. ꝛ
hoc multiplici de cã. Scḋm. n. ꝙ
originale pctm̃ cõparat̃ ad aiam
vocat̃ infirmitas. qꝛ reddit aiam ipoten
tem ad reſiſtendũ motibus. Itẽ feditas.
qꝛ per ipm aia maculatur. Item pnitas
pp ꝯtinuã inclinationẽ appetitus ad ma
lum. Itẽ corruptio. qꝛ ducit ad nihilum
i. ad pctm̃. Item vitiũ. qꝛ diminutio eſt
bonoꝝ naturaliũ. Itẽ languor nature qꝛ
durat in natura corrupta. Sꝫ ſm ꝙ cõpa
ratur ad corpus vocat̃. lex carnis eo ꝙ le
ge diuina carni ſit inflictũ. Itẽ lex mẽbro
rũ. qꝛ mouet organa ad opa ꝯcupie. Itẽ
tyrãnus pp damnationẽ quã hꝫ quaſi vi
olentem in ipa carne ꝯcupiſcibili. Iteꝫ
fomes. qꝛ ſicut cinis fouet ignẽ. ita p ipꝫ
fouet̃ pctm̃ in carne ſm actũ nutritiue ꝛ
generatiue. Item ſtimulus carnis. qꝛ ſti=
mulat carnẽ ad pmos motus. ꝛ aium ad
ꝯſenſum. Sꝫ put cõparat̃ ad actus de
lectabiles vocat̃ ꝯcupia que ſonat vitiuꝫ
in actu put eſt in adultis. Item ꝯcupiſ
cibilitas que ſonat vitiũ in potentia put
eſt in paruulis. Scḋm vero ꝙ cõparat̃
ad pᵐᵘ hoiem a quo ꝯhit̃ vocat̃ pctm̃ ori
ginale qḋ eſt carẽtia debite iuſticie hois.

ℭ De primis motibus. Cap. 10

C Um pctõꝝ aliud ſit actũ. aliud ꝯ
ctũ. ipm pctm̃ actuale frequẽter
a pmis motibus hẽt ortum. Vñ
ſciẽdũ ꝙ in ſtatu inocẽtie nõ mouebatur
ſenſualitas niſi ſm motũ rõnis. Iõ ſtãte
primo hoie i eodẽ ſtatu nõ poterat in eo
eſſe pctm̃ ẽt veniale. ¶ Primi motus ꝛ ſi
particulariter ꝛ ſingillatiꝫ pñt declinari.
tñ nullo mõ oẽs pñt caueri. qꝛ ſic tot ſunt
pctã quot ſunt etiã pene pcti. ꝛ iõ merito
dñr vẽialia. qꝛ hoc ipo ſunt digna venia.
¶ Primus motus ſic deſcribit̃. qa eſt mo
tus ſenſualitatis ſm ipulſum fomitis im
petuoſe tẽdẽtis ad fruitionẽ creature de
lectabilis. Duplr̃ pmus motꝰ diſtinguit̃
ꝗ̃tum ſpectat ad pñtẽ mãm. ſ. pmo pri
mus qui eſt nãlis. ꝛ 2° primꝰ qui eſt ſen
ſualitas. Cũ ergo loquimur de pmis mo
tibus ꝙ ſunt pctã intelligẽdũ eſt de ſcḋo
primis qui ſt̃ ſenſualitatis. qꝛ p° pmi nõ
ſt̃ pctã cũ ſint nãles ꝛ extra genus moꝛ
qḋ pꝫ p hoc ꝙ tales nõ ſequunt̃ imagina
tionẽ ſꝫ ſolũmõ nãlium. q̃litatuꝫ actionẽ.
Motus aũt 2° pmi ſt̃ pctã. qꝛ ſunt actus
inordinati in gnẽ moris. qḋ pꝫ p hoc ꝙ
tales motus ſt̃ ſenſualitatis qui ſubiacẽt
aliquoᵒ dñio volũtatis. Volũtas aũt eſt
prinᵐ moraliũ ſic̃ hẽt̃. 7. ethicoꝝ. Hinc ẽ
ꝙ genus moris in pnᵒ icipit vbi iuenitur
dñiuꝫ volũtatis. hoc aũt ẽ in ſenſualitate
Quãuis aũt p rõeꝫ p̃dictã ſit in ſenſuali
tate pctm̃. nõ tñ erit mortale ſꝫ tm̃mõ ve
niale. qꝛ volũtas nõ hꝫ plenũ dñium ſup
primos motus q ſt̃ ſenſualitatꝫ. ſic̃ eſt in
illis actibꝰ q ex impio volũtatis pcedũt.
ſꝫ hꝫ in ꝫeis dñium incõpletũ ſicut in illis
actibꝰ q nõ p iperiũ rõis pcedunt. ꝛ tñ vo
lũtas tales motꝰ ſenſualitatꝫ ipedire po=
terat. ꝛ iõ ſt̃ pctã venialia. pp h̃ dic̃ Aug.
ꝙ pctm̃ adeo ẽ volũtariũ. ꝙ niſi ſit volũ
tariũ nõ eſt pctm̃. ¶ Primi q̃ꝫ motꝰ iõ ſen
ſualitati aſcribũt̃. qꝛ taliũ motuũ pnᵐ ſen
ſualitas ꝛ ſubm̃. Dicẽdũ ergo ꝙ pmi mo
tus ſꝫ p̃dicta ſt̃ pctã venialia triplici rõe.
¶ Primo qꝛ mouẽt ad illicitũ. Scḋo qa ſt̃
quodãmõ volũtarij nõ ſm ſe. ſꝫ qa ſicut

dictũ est nõ ipediunꝉ a volũtate vel ẽt pp ꝓcedentẽ apprehẽsionez. Tertio pp delectationẽ annexã. Cũ.n. aĩa per delectationẽ cõiungiꝉ creature obtenebraꝉ ⁊ peioraꝉ. sicut qñ cõiũgiꝉ deo illuminaꝉ. ⁊ melioraꝉ. Nota ꝙ hõ ꝓnior est ad malũ ꝙ̃ ad bonuz. ⁊ hoc multis de causis. Prio qa sicut dꝛ Sap̃.ii°. Corpus qð corrũpiꝉ aggrauat aĩaz trahẽs illã ad maluz. ⁊ nõ sic erigẽs ad bonũ. 2°. qa sicut dic̃ Aug. plus valet malũ inolitũ ꝙ̃ bonũ isolituz. 3°. qꝛ nãlit facili⁹ est descẽdẽ ꝙ̃ ascendẽ ⁊ vn⁹ magis trahit deorsuz ꝙ̃ decẽ sursũ 4° qꝛ icitãs ad malũ dlectatio pñs est sꝑ sꝫ finis virtutũ icitãs ad bonũ absens est Delectabile aũt appꝛ̃hẽsuz per sensuz vel imaginatiõez q̃si de necẽitate mouet cõcupiscẽtiã. 5° qꝛ plures circũstantie requiruntur ad bonũ ꝙ̃ ad malum. 6° qꝛ tendim⁹ ad nr̃m ꝑncipiũ.s. ad nihilũ. 7° qꝛ fomes q mouet ad malũ sꝑ itra nos ẽ. gr̃ia vero quã q̃rim⁹ extra nos ẽ. 8° qꝛ vires aĩe sꝉ actiue ad diligẽdũ tꝑalia. sꝫ passiue ⁊ mãles ad ea q̃ sũt gr̃e ⁊ gl̃ie. vñ v̾sus. Quicqd hꝫ meriti ꝓuent⁹ gr̃a donat. Nil de⁹ i nobis ꝓ̃ter sua dona coronat. qꝛ non pñt hẽri v̾tutes ꝑ modũ acq̃sitiõis sed ꝑ modũ receptõis. Vñ malũ possum⁹ facẽ per nos. sꝫ nõ possum⁹ facẽ bonũ sine gratia adiutrice.

De morosa delectatõe. c. 11

Delectatio carnalꝭ morosa pctm̃ ẽ mortale. sed nulla dꝛ morosa nisi qñ ex ꝯsensu rõnis est. Vñ nõ itelligiꝉ hic mora tꝑis. sed cõsensus. Sciendũ est ergo qꝛ delectatio si sistit circa consensũ. veniale pctm̃ ẽ si v̾o ꝓcedit vlteri⁹ ita ꝙ hõ vult iteri⁹ delectatõe voluptari. nec tñ vult i op⁹ ꝓcedẽ. talis ꝯsensus est i tra mortalia ꝯputãdus. qð maxie dꝫ itelligi in carnalib⁹ pctis. verũtñ iste ꝯsensus in illecebra duplex est qꝛ ꝯsensus in illecebra aliq̃s ẽ subit⁹ nõ ꝑ ꝑ̃habitã deliberationẽ. sꝫ ex sola corruptiõe carnis quã ꝑ̃cedit appetit⁹ sensualitatis in ꝑ̃mo motu Talis aũt ꝯsensus dꝛ subreptio. ⁊ ẽ pctm̃ veniale. Ali⁹ ꝯsensus est in delectatõe motuũ carnis q est cũ deliberatione rõnis. ⁊ iste est pctm̃ mortale vt dcm̃ est. Si aũt rõ ꝯsentit cũ deliberatiõe q̃ fit ꝑ rõnes diuinas hoc mõ. qꝛ oẽ lege dei ꝓhibitũ ẽ vitãdũ. tũc dꝛ pctm̃ esse in suꝑiori ꝑte rõnis. Sꝫ si deliberatio sit ꝑ rõnes hũanas vel nãles hoc mõ oẽ in quo trãsgrediꝉ medium v̾tutis est vitãdũ. tũc dꝛ pctm̃ esse in iferiori ꝑte rõnis. Et si adhuc ꝓcedit cõsensus vlteri⁹. qñ.s. ꝓponit op⁹ ꝯsumare. tũc volũtas ꝓ fcõ reputaꝉ. ẽt si facultas desit ꝑficiẽdi ipꝫ op⁹. Si v̾o ꝯsequiꝉ. consensus ⁊ op⁹ in his que dĩna lege sunt ꝓhibita pctm̃ est mortale ꝯsumatũ. Ex ꝑ̃dictis collige distinctionẽ qꝛ delectatio duplex est.s. nãlis ⁊ volũtaria. In delectatõne pure nãli. nec ẽ meritũ nec demerituz. Volũtaria duplex ẽ. qꝛ alia ẽ in creatore. alia in creatura. Delectatio que in creatore est bona ẽ de qua. ps̃. Memor fui dei ⁊ delectat⁹ suz ⁊c̃. Que aũt in creatura ẽ duplex ẽ. quedã.n. est pp deũ: ⁊ hec bona est. sed hic sumiꝉ delectatio pro oꝑatione rõnis: nõ ꝓ passiõe de qua ps̃. Delectasti me dñe i factura tua. q̃daz est ꝯtra deũ. ⁊ hec silr̃ duplex ẽ. qꝛ quedã nõ ẽ ꝯtra deũ. sed ꝓ̃ter deuz ⁊ hec est pctm̃ veniale. quedã v̾o est ꝯtra deum simplr̃. qua frangiꝉ dei ꝑ̃ceptũ. ⁊ hec est pctm̃ mortale.

De pctõ veniali. Cap. 12

Peccatuz veniale minorꝭ ẽ culpe. Nã i ꝑuulis p⁹ baptismũ ꝑ̃° surgũt venialia. postea mortalia. Veniale aũt pctm̃ ẽ vt ait Aug. qð hõiez vsq3 ad reatũ ꝑpetue mortꝭ nõ grauat. sꝫ penã mereꝉ. ⁊ sic facile idulgeꝉ. Pctm̃ veniale sꝑ ẽ a volũtate ad h° mouẽte vel ꝑmittẽte. vel nõ ꝓhibẽte. Pctm̃ aliqð ẽ veniale trib⁹ modis. Prio° ex gñe. sic v̾buz ociosũ ẽ vẽiale. 2° ex euẽtu hꝫ ꝙ ꝑ pñiam de mortali fit veniale. 3° ex cã. vt qñ fiunt q̃daz ex ifirmitate vel ignorãtia q̃ lꝫ qñq3 sint mortalia: tñ dñr venialia. siue remissibilia ex cõꝑatiõe ad pctm̃ qð fit ex certa malicia qð est irremissibile. ⁊ h° vex⁹ ẽ nisi aliqð sit mortale ex suo gñe: sic̃ ẽ fornicari qꝛ tale ẽt si fiat ex ifirmitate mortale ẽ. Sciendu3 ꝙ pctm̃ veniale nũꝙ̃ põt fieri

mortale. Ita. s. si intelligat̃ idẽ p̃z subãm. qr pri⁹ veniale mortale fieri nunq̃ põt. ⁊ h⁰ nec quãtũ ad actuz. nec quantũ ad maculam. Et ratio huiusmodi est quia nulla res põt mutare suã speciem. ¶Peccatum aũt veniale ⁊ mortale sunt diuerse species pcti. Uerũtamẽ actus qui ex se est de genere venialis põt fieri mortalis q̃ttuor modis. ¶Primo ex cõscientia. qr quicq̃d fit cõtra ↄsciẽtiã edificat ad gehennam. etiã si fit contra ↄsciam erroneã. ⁊ hec est ratio. qr cũ in pctõ duo sunt. s. auersio ⁊ cõuersio ⁊ penes primũ iudicatur pctm̃. qm̃ auersio a deo est quasi formale. ⁊ cõuersio ad creaturã quasi materiale. Quãuis ergo leuare festucã vel calamũ de terra videat̃ leue ⁊ indifferens. tamẽ quando fit cõtra ↄsciẽtiã pctm̃ est. qr spernit̃ bonũ incõmutabile. ⁊ ita fit auersio a creatore. Scdo ex cõplacentia. Unde Aug. Nullũ pctm̃ adeo est veniale qd̃ nõ fiat mortale dum multũ placet. Tertio ex dispositione. qr frequent̃ per lapsuz in venialia disponit̃ homo ad mortalia. ⁊ hoc ẽm illud. S. Uitasti saxa grãdia vide ne obruaris arena. ⁊ hoc ideo dicit. qr sepe de minimis pctis venitur ad magna. sicut de modica scintilla q̃ndoq̃ surgit magnus ignis. Eccl. 19. Qui modica spnit paulatĩ decidet. Quarto ex ꝓgressu. qr qñ surgit veniale si nõ prohiberet̃ posset ꝓgredi vsq̃ ad mortale. nõ qr ipsuz veniale in substãtia posset fieri mortale. sed qr ex ipso occasionaliter põt fieri ꝓgrediendo vsq̃ ad mortale. Et istud p̃z in primis motib⁹ qui int̃ venialia cõputantur sed quãdo delectatio cõualescit in tm̃ q̃ cõsensus accedat iam pctm̃ mortale est. Differentia est inter pctm̃ mortale ⁊ veniale. qr peccatũ veniale est libido siue voluptas in creatura circa deum. Mortale autẽ est libido siue voluptas in creatura supra deuz vel eque deo. Rect⁹ ordo est vt bonũ incõmutabile preferat̃ bono cõmutabili. ⁊ honestuz vtili. ⁊ voluntas dei voluntati nostre. ⁊ ratio sensualitati. quãdo iste ordo peruertit̃. tũc pctm̃ cõmitti

tur. Utrum aliq̃s possit esse vel viuere sine pctõ veniali dũ est in hac vita p̃nti. Dicenduz est q̃ si loq̃mur de tota vita hoĩs qui peruenit iam ad etatem adultã de excellenti ⁊ speciali grã est q̃ talis sine veniali pctõ sit sicut beat⁹ Aug. dic̃ de beata virgine. Si aũt loquimur de aliq̃ particula vite p̃ntis. sic põt esse aliquis sine pctõ veniali. Istud p̃z per exẽplũ qr nauta põt singula foramina nauis ad horam obstruere ne aqua intret sed nõ põt simul oĩa obstruere vt aqua nusq̃ intret. vnde charitas etiã perfecta nõ facit q̃ pctm̃ veniale nõ adueniat. sed facit q̃ non duret. Quemadmoduz camin⁹ ignis nõ facit vt gutta aque sibi non apponat̃. sed facit vt apposita citius extinguat̃. ¶Perfecta enĩ charitas statĩ inflãmat hoĩez vt de pctõ veniali doleat ⁊ peniteat qd̃ nõ facit charitas ĩperfecta. vñ in ĩperfectis aggregãtur multa venialia. per que fit ad ꝓstrationem maior dispositio.

¶De effectu pcti venialis. Cap. 13

Effect⁹ peccati venialis multiplex est. ¶Primus qr ad penam obligat. nõ aũt determinate neq̃ p̃cise obligat ad penam eternã vel purgatoriam vel presentis satisfactiõis. sed ad aliquam illaruz penarũ quam ẽm forum ecclesie p̃sentis satisfaciat homo leniter ẽm foruz purgatorij punietur graui⁹. ẽm vero forum inferni punietur homo grauissime pro veniali. qr eternalit̃ si cuz veniali ⁊ mortali decesserit. Exemplũ habemus de hoc. qr mensura vini que in vno loco valet sex denarios si ducatur vlterius valet. 16. ⁊ si ducatur adhuc vlterius valet duos solidos. ¶Pena tamen illata pro veniali in inferno incomparabiliter minor est q̃ illata pro mortali. Unde solet dici q̃ pena illata in iferno pro mortali est sicut soliditas. illata vero pro veniali ibidem est sicut superficies. Illata pro veniali in purgatorio est sicut linea. Illata pro veniali in p̃senti est sic punct⁹ Unde sicut ista quattuor sunt improporcionabilia. ita ĩter predictas penas ma-

gna est dñia. Secund⁹ effect⁹ est φ pctm̄ veniale aiam maculat. ⁊ ponit̄ tale exemplu3. Aliqñ.n. denigrat̄ aliq̄ imago depicta in tm̄ vt videri nõ possit. Aliqñ võ sic obscurat̄ vt videri qde3 possit. sed nõ plene discerni. ⁊ iõ ꝓpter tale3 dñia3 dic̄ gregori⁹ φ veniale obscurat. mortale obtenebrat. De macula võ ista dr̄ φ in saluãdis oẽ pctm̄ veniale delet̄ a gr̄a finali. ⁊ hoc q̄tũ ad culpã ⁊ nõ quãtũ ad penã imo illa soluet̄ in purgatorio. Delet aũt pctm̄ veniale gr̄a finalis in ipsa dissolutiõe corporis ⁊ aie ex virtute cõplexiõis ⁊ sui status quãuis nõ sit mot⁹ cõtritõis ad illud direct⁹. ẜm hoc itelligit̄ v̄bũ Aug. q dicit φ in purgatorio põt eẽ absolutio a pena. nõ a culpa. hoc ab antiqs dictũ est. s3 nũc cõiter tenet̄. φ pctm̄ veniale hic deferat̄ a multis. ⁊ φ quantũ ad culpã in purgatorio ẽt purgat̄. qr dñs dicit de qbusda3 pctis φ nõ remittunt̄ neq3 in hoc seculo. neq3 in futuro. Exponit grego. φ venialia dimittet̄. in futuro qd̄ si itelligat̄ quãtu3 ad penã tm̄ tũc expõ. Grego. nulla ẽ qr ẽt mortalia quo ad penã purgant̄. que hic soluta nõ est. Terti⁹ est. qr minuit feruorẽ charitatis sicut aq̄ in igne ꝓiecta. l3 ignẽ nõ extinguat. feruorẽ tñ illi⁹ tẽperat Quart⁹ est. qr potẽtias aie in bonis opibus lassat. sicut qñ ponit̄ pond⁹ sup equũ min⁹ erit ꝓmptus ad ambulandũ. Quintus est quia retardat a gloria. qr hõ q deberet ⁊ posset statim euolare ad celũ post mortẽ. cogit̄ pp venialia ad tp̄s in purgatorio expectare. Nũquã.n. ab aliq̄ facies dei videbit̄ donec soluat minimũ q̄drantẽ venialiũ pctoꝝ. s. per penã. O3.n. quẽlibet ita mundũ eẽ ante introitũ paradisi sicut fuerat in innocentia baptismali. Sextus est φ bona gl̄ie celestis diminuit. nõ qdẽ illa que ia3 debent̄ ⁊ que iam habem⁹ ibi per meritũ reposita. sed que deberent̄ si venialia nõ fierẽt. qr medio tp̄e possent aliq̄ bona fieri qñ illa fiũt ꝓpterea post ꝑpetrationem venialiũ. o3 nos opa quedã conuertere ad solutione3 hmõi debitoꝝ. p que nobis deberet crescere cumul⁹ eterni p̄mij. Septimus effectus est. φ venialia sepe sunt occasio mortaliu3 pctoꝝ ⁊ hoc quattuor modis sicut hẽs supra capitulo primo. vbi dr̄ φ act⁹ qui ex se venialis ẽ. põt fieri mortalis q̄ttuor modis. Hoc est etiã singulariter aduertendũ φ sicut ad remissionẽ pcti mortalis exigit̄ desertio act⁹ peccãdi cũ volũtate in posteru3 abstinendi: sic quoq3 peccatũ veniale in p̄nti nõ dimittit̄. nisi actu ⁊ proposito deferatur.

¶ De septẽ vitijs capitalib⁹ in spẽ. c.14

Fctoꝝ actualiũ vnũ initiũ est. duplex radix. triplex fomentũ. septiforme caput. vnũ initiu3 dr̄ superbia. iuxta illud. Initium oĩs pcti sṗbia. Duplex radix est timor male humiliãs ⁊ amor male accẽdens. tñ oĩs timor ortu3 h3 ab amore. nullus eni timet aliqd perdere. nisi qui amat illud hẽre. Triplex fomentũ. sunt tria que sunt in mundo. s. cõcupiscentia carnis. cõcupiscentia oculoꝝ ⁊ sṗbia vite. Septiforme caput sũt. Superbia. iuidia. ira. Accidia. Auaritia Gula. ⁊ Luxuria. Inter que sunt qnq3 spũalia. duo vero carnalia. Sufficientia hoꝝ vitiorũ sic põt colligi. Volũtas nr̄a deordinat̄. aut qa appetit nõ appetendũ. aut qr refugit nõ refugiendum. Si p̄mo mõ aut est interi⁹. ⁊ sic est vanagloria. aut exterius. ⁊ sic est auaritia aut inferius. ⁊ sic est delectabile. Sed illud delectabile aut est ad conseruationem indiuidui. ⁊ sic est alimentũ quod appetit̄ inordinate a gula. aut est ad conseruatione3 speciei. ⁊ sic est coit⁹ qui appetit̄ a luxuria. Si aũt voluntas nr̄a deordinat̄ qr refugit qd̄ nõ ẽ refugiendũ. hoc põt esse tripl'r. aut eni refugit qd̄ nõ est refugiendũ ẜm ꝑuersu3 instinctũ rõnalis. ⁊ sic est iuidia. aut ẜm instinctũ ꝑuersum irascibil'. ⁊ sic est ira. aut ẜm ꝑuersu3 istinctũ ꝯcupiscibilis. ⁊ sic est accidia. Ex his p3 φ q̄ttuor sunt appetibilia ⁊ tres sũt vires ẜ3 quaꝝ istinctũ est fuga. ⁊ iõ tm̄ sunt. 7. pcã capitalia. Pctã q̄ dicta sũt qñq3 se publice oñdũt. vt qñ directe fiũt. qñq3 võ sub q̄dã spẽ paliata de

cipiūt. Uñ supbia qñqȝ dicit ad hoc volo
p̄esse vt possiȝ ꝓdesse. Ira dic̄ nō debēt il
lata mala tollerari ne ꝯsuescāt iferri. iui=
dia dic̄ alijs bōa nō cupio. ne i successibꝰ
eleuent̄. Accidia dic̄ ad hoc i laboribꝰ mi
hi pco ne temeritate idiscretiōis arguar.
Auaritia dic̄. Ad h̄ sūt multa cōgregāda
ne pp inopiā cōmittat̄ furtū vel rapina.
Gula dic̄. ad hoc est corpꝰ cibis ⁊ potibꝰ
delicatioribꝰ nutriēdū. vt sit fortiꝰ ad deo
seruiendū. Luxuria dicit ad tp̄s dȝ qsqȝ
ad libitū viuē. vt possit postea fortit̄ peni
tere. Septē vitia cōpant̄ septē bestijs.
Supbia ꝯparat̄ leoni. Inuidia cani. Ira
lupo. Accidia asino. Auaritia eritio. Gu
la vrso. Luxuria porco. Alio mō cōparan
tur septē ifirmitatibꝰ. Supbia cōpat̄ ifla
tioni. Inuidia lepre. Ira frenesi. Accidia
litargie. Auaritia hidropisi. Gula epilē
tie. Luxuria febri. Septē vitia xp̄i passio
ne curant̄. Capitis iclinatio in cruce cu=
rat supbiā. Orō ꝓ inimicis irā. Aptio la=
teris inuidiā. Portatio crucis accidiam
Traditio spūs p̄ri corpis cruci. mr̄is di=
scipulo. vestiū crucifixoribus. hec curant
auaritiā. flagellatio luxuriā. potatio fellis
gulā.

De superbia. Cap. 15

n Unc dicēdū ē de. 7. vitijs capita
libꝰ in spē. ⁊ p̄º de supbia q̄ est re
gina oiuȝ vitioꝝ ⁊ mr̄. Est āt sup
bia. vt ait Aug. pu̇erse celsitudis appeti
tus. Uñ sic idē Aug. ait. Supbia oibꝰ in
uidet. s. maioribꝰ. qꝛ eis nō equat̄. Inferi
oribꝰ. qꝛ ei eq̄ri timet pibꝰ. qꝛ ei equant̄.
Supbia dr̄ initium ois pcti triplici rōne.
Prio pp cāȝ q̄ iuenit̄ in oi pctō. qꝛ in oi
pctō iuenit ꝯtēptꝰ dei qui est q̄dā cā pcti
Idē aūt ꝯtēptꝰ ē auersio a creatore q̄ i oi
pctō est. vbi p̄ponit̄ bonū cōmutabile bo
no icōmutabili qꝛ sic sine caritate alie vir
tutes nihil sunt. ita sine supbia alia vitia
nihil. Abstrahe supbiā ⁊ hēbis grāȝ. qꝛ su
perbis deꝰ resistit. humilibꝰ aūt dat grāȝ.
Cōnexū. n. iquātuȝ hmōi nō ē receptiuū:
sed ꝯcauū. Scdō qꝛ p̄mū pctm̄ fuit. h̄. n.
gn̄e peccauit diabolꝰ in celo. Isa. Ponā
sedē meā i aqlone ⁊ ero si. al. Et p̄mꝰ hō
in padiso. Gen̄. Eritis sic dij: scientes bo
nū ⁊ malū. 3º qꝛ ex ea nascūt̄ alia vitia hȝ
p̄us ⁊ posteriꝰ. h̄ est mediate vl̄ imedia
te sic h̄r̄ supra. c. de effectu vitioꝝ. Est āt
int̄ supbiā ⁊ vanagl̄iaȝ dr̄ia. qꝛ lȝ vtrobi=
qȝ sit appetitꝰ ꝓp̄e excellētie. tn̄ supbꝰ si=
bi apparet magnꝰ intꝰ: sȝ vanagloriosus
appetit apparē i ore alioꝝ p laudē exte=
rioreȝ. Diuersa pctā dicunt̄ radices ⁊ ini
tia siue cāe alioꝝ pctōꝝ sȝ diuersis respe
ctibꝰ. Supbia dr̄ initiuȝ ois pcti pp tres
cās supiꝰ enarratas. libido etiā dr̄ cā ois
pcti sic ait Aug. ⁊ hoc pp delectatōeȝ cre
ature que iordinate trahit aiaȝ ⁊ auertit
a sūmo bono. Est. n. libido iprobа volu=
ptas q̄ mouet̄ aia rōnalis ad h̄ qd̄ dele=
ctet̄ i creatura. Cupiditas ēt dr̄ radix oi=
um maloꝝ sic dic̄ Apo. 1. ad thi. 6. ⁊ hoc
pp eā dē rōnē sic libido. Est. n. cupiditas
ex amore inordinato ad creaturā. Luxu
ria ēt b̄m Cassianum dr̄ radix ois pcti. qꝛ
carnales delectatiōes nobis sr̄ nāles. ad
nālia aūt ꝓmpti sumꝰ ⁊ difficult̄ resisti
mus. Inanis gl̄ie. 7. sūt filie b̄m Grego.
Pria est iobediētia. qꝛ vanagloriosus in
nullo vult videri iferior. qd̄ fieret si facēt
mandatū. Scdā est ꝯtentio qꝛ vult vincē
cū clamore. ⁊ hoc ꝓpter apperē. Tertia
est iactantia q̄ qs enumerat bona sua. vt
laudabilis appareat. Quarta est hypo=
crisis qua q̄rit in exterioribꝰ hoibꝰ appa=
rere. Quinta ē ptinacia q̄ factū suū vel di
ctū malū defendit. ne errasse videat̄. Se
xta est discordia que ꝯ oē dictuȝ sustinet
vel assumit̄ ꝯriū pp vanā gloriaȝ. Septi
ma est nouitatū p̄sūptio qua qs noua vl̄
dicit vel iuenit vt laudet̄. Quattuor sunt
spēs supbie q̄s assignat Grego. 32. mo=
rali. Pria est cū hō a seipso estimat hr̄e
bonū qd̄ hȝ. Scdā si desup datuȝ credit
ꝓ suis tn̄ meritis accepisse se putat. 3ª cū
iactat se hr̄e bonuȝ qd̄ nō hȝ. Quarta qn̄
ceteris despectis singularit̄ vult videri. p
p̄mā ⁊ scdāȝ spēȝ iniuriat̄ hō deo i se. qꝛ
p p̄mā ponit se hō totā cām sui boni. sed
in scdā ponit se cām p̄ncipalē. in 3ª vero
spē iniuriat̄ hō deo in ꝓximo. in 4ª autē

iniuriat̃ hō deo in eo q̃d nō hꝫ. Grad⁹
superbie ꝟꝫ Ber.ſt.12.q ſūt. Curioſitas.
Mētis leuitas. Inepta letitia. Iactātia.
Singularitas. Arrogātia. Preſumptio.
Pctoꝝ defenſio. Simulata cōfeſſio. Re
bellio. Libertas. Peccādi conſuetudo.
Numer⁹ iſtoꝝ ſic accipit̃. Hō p ſupbiaꝫ
iniuriat̃ deo ⁊ hoi. deo cui dꝫ eſſe inferi-
or. hoi cui dꝫ eē par. Sex ꝑmi gradus ac
cipiunt̃ ꝟꝫ iniuriā q̃ fit hoi cui dꝫ eē par.
Quattuor alij ꝟꝫ iniuriā q̃ fit hoi ſupiori
vt p̄lato. Duo vltimi determinant̃ ꝓprie
quātū ad iniuriā q̃ deo imediate fit. hoc
iō dicimus. q2 ⁊ ſupiores gradus i deuꝫ
redūdāt: ſꝫ mediāte ꝑrio. Gradus āt vo
catur. q2 fit a minori ꝓgreſſus ad maius
ꝑmus enim maius ē. ſecūdus peior. ⁊ ſic
ſcādēdo inueitur ꝙ vltim⁹ ē peſſim⁹. Vñ
iniuria q̃ ē reſpectu paris eſt minor. Illa
v̄o q̃ ē reſpectu ſupioris ē maior. ſꝫ illa q̃
eſt reſpectu dei eſt maxima. ꝑꝑ q̃d ⁊ iſti
grad⁹ talit̃ ordinant̃. Supbia facit mul
ta mala. ꝑmo id q̃d dei ē vſurpat. ſ. glori
am. Iſa.42. Gloriā meā alteri nō dabo
In bonis.n. opib⁹ q̃ facim⁹ duo ſt. ſ. bo-
nor ⁊ vtilitas. Sꝫ ꝑmū dñs ſibi reſeruat
aliud nobis tribuit. Vñ debem⁹ deo ſuā
ꝑtē relinq̃re ſi nr̃a ꝑte nolum⁹ ſpoliari.
Scdo perfectos viros ipugnat. Super
bia ē enim q̃ſi turris babel q̃ vſqꝫ ad ce-
los. i. vſqꝫ ad viros celeſtes debebat per
tingere. Supbia ēt bonis opib⁹ iſidiat̃ vt
ꝑeāt. Unde ſuperbia iexpugnabilis ē ſic
caſtꝝ in alto mōte ſitum. Tertio gr̃a dei
hoiēꝫ denudat. Iaco.4. Supbis de⁹ reſi
ſtit ⁊c̄. 2. Regū. i. Mōtes gelboe nec ros
nec pluuia veniat ſuper vos. Vñ ꝟm na
turā cōnexū n̄ ē receptiuum ſꝫ cōcauum.
Quarto āt hoieꝫ deo ꝑuat. Ugo de ſctō
vict. Supbia aufert mihi deū. inuidia ꝓ
ximū. Ira meipm. Supbia ēt deo ē odi-
bilis. Ecc.10. ⁊ ꝓuer. Tria ſūt q̃ odit de⁹
pauperē ſupbū ⁊c̄. Deū ipugnat. q2 vexil
lū inimici ſui. i. diaboli ponit i caſtro ſuo.
⁊ d̄ponit vexillū xp̄i. ſ. crucē quā dꝫ ſēper
hō portare iuxta illd̄. Qui vult vēire poſt
me. Diabolo hoieꝫ aſſimilat. Ipe eſt.n.
rex ſuper oēs filios ſuperbie. Vñ ſic̄ dñs
ait de caritate. In hoc cognoſcēt oēs ꝙ
diſcipuli mei eritꝭ. ſi dilectiōꝫ habueritis
ad inicē. Ita pōt diabolus dicere de ſuꝑ
bia. In hoc cognoſcēt ⁊c̄. Hoiēꝫ ſtultum
demōſtrat. q2 ancillā ornat ⁊ dñaꝫ nudā
relinq̃t. Itē q2 magna ꝓmodico vēdit. i.
ꝓ laude hūana. Itē q2 credit ſe poſſe cuꝫ
ſupbia illuc attingere. vbi diabolus exñs
nō potuit cū ſupbia remāere. Hoieꝫ deij
cit. q2 ſcādētes i altū de facili cadunt ⁊ q
ſe eleuāt ſub hoſtio humili de facili ca-
put ledunt.

De inuidia. Cap. 16

Inuidia ē. vt aitꝭ Aug. Odiū felici
tatꝭ aliene. vel ꝟm Io. damaſ. In
uidia ē triſtitia de alienis bonis.
Dr̃ āt inuidia a nō vidēdo. q2 nō pōt vi-
dere bona aliorum. Unde diſplicētia bo
ni que eſt inuidia poteſt notari per viſio-
nem interiorem et exteriorem ſicut vult
Seneca dicens. Quicquid mēte fugim⁹
inꝭgeſtū oculis videmus. Inuidia habet
q̃nqꝫ filias ꝟm Greg. Prima ē odium
q̃d ē velle malū alicui ⁊ nolle bonū. Se-
cunda ē exultatio in aduerſis ꝓximi. Ter
tia eſt afflictio i ꝓſperis ꝓximi. Quarta ē
ſuſurra° q̃ ē dectractio latens. Quinta eſt
detractio. hec āt fit i aperto q2 itendit hꝰ me
lior appere illo cui detrahit. Inuidia mlt̃
ta mala facit. De lumie facit tenebras. de
vidēte cecum. q2 ꝓximi bona videre non
pōt. Ut inuidus cōpatur noctue ⁊ veſptꝭ
lioni. Aug. Egris oculis odioſa eſt lux q̃
puris ē amabilis. De vita morit̃. Greg.
Panis vitā fortiū roborat ⁊ ꝑuulorū ne
cat. Vñ iuidus cōpat̃ febricitāti cui etiā
boni cibi ſunt ꝯtrarij. Deo contrariat̃. q2
tā bonus ē deus vt ait Aug. vt ēt de ma
lis bonū eliciat ecōtra tā mali ſunt iſti. vt
de bonis malū eliciāt. Itē diuina bōitas
oīa ſua cōicat. iſti vero nō. Itē deo placet
bonū hois. ac malū diſplicet. iſti āt econ
tra bonū gratie ⁊ nature ꝑuertunt. Vñ ſi
cut omnia mūda mundis. ſic iſtis omnia
ſunt imunda. Et ſicut bōis mala coopan
tur in bonū. ita iuidis bona coopant̃ in
malū. Unde tales aurū cōuertūt i cuprū

gēmas ī lutū. granuȝ in paleā. vinum in aquā. mel in fel. diē in noctē. gaudium in merorē. rosam in paliurū. balsamū in sterq liniuȝ. electuariū in venenū. Hoiem male dicit. isa. 5. Ueh. q dicitis bonū malum ⁊c. Stultū efficit. Nimis errat q idcirco sibi vult vnuȝ oculum erui vt alij ēt vnus eruat. sicut facit inuidus ⁊ diabolus q per hoc ꝙ alijs inuidet sibi magis nocet. Auctorē suū torquēdo ledit. Sene. Utinā inuidi ī oīb⁹ ciuitatib⁹ oculos ⁊ aures hñt. Proximū fraudulēter decipit. Uñ inuidus cōpat canī q blādit ī facie ⁊ mordet a tergo. Itē Jude q osculo xp̄m tradidit. Item hoi perfido q ledit hoiem qui eum nunꝗ molestauit.

De ira. Cap. 17

Ira est vt ait. Augu. vlciscendi libido. ⁊ Cas. Ira est motus animi ꝯcitatus ad penā. hec ē diffinitio ire per vitiū nō ꝑ zelū de qua ē hic agendū. Ira igit̄ duplex eē h3. s. nature ⁊ mortis ꝓut ergo deordinat ab optimo h3 eē mortale qđ vitiū ē qꝛ ira nō ē pctm̄ rōe pure passionis. imo pena. s3 cū hoc dicit quādaȝ actionē ꝑ quā deordinat hoieȝ. ⁊ ꝗtū ad deū. ⁊ ꝗtum ad ꝓximū. Uult enim a se expetere vel a iudice a deo ꝯstituto ⁊ sub deo. Utrū teneat̄ qs remittere iniuriam inimico petenti. Nota distictionē. qꝛ ex iniuria solent oriri tria. Primū ē rācor ī affectu. Scōm est rācoris signū ī effectu. Tertiū ē actio cōtra iniuriantē. Primū tenet̄ qs statiȝ remittere. ⁊ si non roget̄. Scōm tenetur remittere veniam veraciter petenti. i. parato emendare secunduȝ facultateȝ suam. Tertiū nō tenet̄ remittere. Si vero volueris scire vtrum ille cui facta ē iiuria debeat amicitiā q̄rere sciendum ꝙ duplex est debitū. primū est necessitatis sine quo nō est salus. Secundū est perfectionis. Quantū ad primum debitum nō tenet̄ quis reconciliationem q̄rere siue amiciriam. S3 de. 2°. dic̄ Chriso. ꝙ d3 querere reconciliationem vt duplicē coronam consequatur. Unā qꝛ iniuriā passus est. Aliam qꝛ prior rogauit.

Dñs aūt ponit tres gradus circa reatuȝ ire cū dicit. Oīs qui irascit̄ fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit racha reus erit concilio. Qui aūt dixerit fatue reus erit gehnne ignis. De his dicendum est ꝙ vbi creuit gradus culpe creuit ⁊ ordo pene. Unde recte ira sine voce puniēda est iudicio ira cū voce concilio. ira cū sermone contumelie gehēne igni mancipatur. Scōm Aug. ī primo ē ira tm̄. in. 2°. ira ⁊ vox. in. 3°. ira est ⁊ sermo ⁊ certa expressio irrisionis. Dicit autem Grego. ꝙ iudicium est cause discussio. conciliū sententie diffinitio. gehenna ignis snie executio. Notandum ꝙ reddere maluȝ pro malo est fragilitatis. sicut fecit ioab quādo interfecit Abner. s. interfectorem fratris sui Asael. Sed reddere malum ꝓ bono est puersitatis. sicut fecit iudas tradēdo xp̄m. Reddere bonū ꝓ bono est equitatis sicut fecit Assuerus quando Mardocheum honorauit. Reddere bonuȝ ꝓ malo est ꝑfecionis sicut fecit beatus Stephanus quando pro inimicis suis orauit. Filie ire scōm Greg. sūt sex. Prima est rixa. hec est audax voluntas vindicandi iniuriam factam per se. Secunda ē tumor mentis. hec est voluntas vindicandi: causa fugiens aduersantem ne cuȝ eo colloquiuȝ habeatur ꝓpter extimatas inimicitias. Tertia est contumelia que ē voluntas se vendicans per exprobrationē malorū. Quarta est clamor que est voluntas se vindicans in exaltando vocem per vituperium exprobratum ⁊ ad aliorum perueniens aures. Quinta est indignatio que est voluntas se vindicās per signum molestie exterius declaratum. Sexta est blasphemia que est volūtas se vindicans per opprobriū deo vel sāctis illatū. Ex ira veniūt multa mala. Hospitiū spūs scti turbat. Greg. Dū ira animū pulsat spūi sctō hospitiū suū turbat. Nā sicut in pace fact⁹ ē loc⁹ dei. sic in discordia loc⁹ diaboli. Tales sunt ēt incēdiarij dom⁹ dei. ps. 73. Incenderūt igni sanctuarium tuum dñe ⁊c. Uñ isti sunt simi

les draconi qui emittit ex ore ignē. Qđ
dei est sibi vsurpat.s.vindictā.ꝓuer.Mi
hi vindictā ⁊ ego retribuā. Talis se fecit
iudicē ⁊ deū vult eē tortorem sicut dicit
Augu. Dicit.n.malus in orōnibus suis.
Dñe occide maluꝫ inimicū meū. Rñdet
ei dñs.quē vestrū? Ambo estis mali im-
mo talis vult esse auctor ⁊ iudex in eadeꝫ
cā. Stultū se demonstrat. qa per cor suū
immittit gladiū vt ledat tunicā inimici.
imo si sapienter faceret ꝑus se de se ipso
vindicare đberet.iram.s.per zelū aduer-
sus irā suam per vitiū assumēdo. Lima
purgatiōis ꝯuertit in rubiginē deprava
tionis. Aduersitates eni que ipꝫ deberēt
a pctō purgare ꝑ ipatientiā magis inqui
nant ⁊ fornax ꝓbationis mutat ei auruꝫ
in cuprū.⁊ flagelluꝫ ex grano facit paleā.
Duraꝫ sniam talis in iudicio expectabit.
Cum.n.dñs iproperabit qbusdam. Nu-
dus fui ⁊ nō cooꝑuistis me. Matth.25.
Quid dicturi sunt illi qui nō solū nudos
nō vestiunt.sꝫ etiā vestitos spoliāt? Bel
lum mūdi carnis ⁊ diaboli ꝯtra se instau
rant.sꝫ sapientes sedāt minores guerras
ꝑꝑ maiores que iminent. Malam faciūt
cōmutationē.qr auferēdo palliū bone fa
me dant tunicā innocentie. Remedia ire
sunt Silētij obseruatio.ꝓuer. Cū defece
rint ligna extinguet̃ ignis. qr sicut ex col
lisione duoꝝ corpoꝝ elicitur ignis.ita ex
amaris verbis aliquoꝝ ira ꝯcitat̃.ꝓuer.
15. Rñsio mollis frāgit iram. ⁊ ꝼmo du
rus excitat furorē. Ibidē. Quasi qui canē
auribus ⁊c. Dñice passionis ꝯsideratio.
G. Si passio dñi ad memoriā reuocetur
nihil adeo duꝝ est qđ nō equanimiter to
leret̃. Hoc figuratū est numeri.21. Ubi
respicientes serpētē eneū sanabant̃. Itē
premij tollerantie aiaduersio. Unde con
sideratio premij minuit vim flagelli.

¶ De accidia. Cap.18

a Ccidia est de virtutum laudabili
exercitio vtriusqꝫ hois languida
deiectio. Itē accidia ē diffidētia de pro
prijs virib⁹ ⁊ de mādato dei iplendo ar-
dua tristitia. Duo noia sꝫ hui⁹ vitij.s. Tri
stitia ⁊ Accidia. Hoꝝ āt nominū hec est
rō.qr isto pctō est auersio a spūali bono
qđ estimat̃ graue.sicꝫ est ieiunare ⁊ hmōi
⁊ rōne huius dr̃ tristitia. Est etiā ibi ꝯuer
sio ad creaturā.s.ad qetē que estimat̃ le
uis ⁊ rōne huius dr̃ accidia. Pꝫ ergo ex
his ꝙ hoc vitiū ꝓut vocat̃ tristitia oppo
nit̃ letitie spūali.que ē in exercitio spūali
Sed ꝓut vocat̃ accidia opponit̃ fortitu
dini q̄ ꝯsistit in aggrediēdis arduis.⁊ su
stinendis aduersis. Accidia denoiat̃ ab
accēdine.qr ꝑ eā aia tediū hꝫ de oi spūali
difficili. Accidia ꝼm Greg. hꝫ sex filias.
Prima vocat̃ malitia q̄ ꝼm Aug. est vo
lūtas machinādi malū alicui. Cū.n.quis
iiuriat̃ alij tūc irascit̃ ⁊ postea tristat̃. 2a
desꝑatio qr diffidētia meritoꝝ mr̃ ē dif
fidētie ꝑmioꝝ.ex q̄ iteꝝ orit̃ tristitia. 3a
pusillanimitas q̄ nascit̃ ex diffidētia ꝓue
niēte ex cōsideratiōe ꝓꝑe ifirmitatis.vel
oꝑis arduitatis. 4a ē rācor q est iuetera
tū odiū. Sicut.n.ex charitate sꝫ oꝑa bōa
ex qb⁹ est ꝯfirmatio charitat. ita ex ira ē
accidia.ex accidia vetustas ire. 5a torpor
circa ꝑcepta.i.qdā isensibilitas ꝑꝑ quaꝫ
hō nō ꝑt iduci ad executionē mandatoꝝ
dei. 6a ē euagatio mēt circa illicita. hec
aūt euagatio qñqꝫ est ꝑticularis ⁊ certaꝫ
hꝫ materiā.⁊ sic ꝯuenit oibus vitijs.qñ-
qꝫ est generalis ⁊ icerta.⁊ hec est ꝓprie
euagatio accidie. Qui eni est absorptus
tristitia nō habēs in se vñ delectet̃ eua-
gatur ad oia querēs delectationē. Ex ac
cidia eueniūt multa mala. Preceptum
dñi negligitur Geñ.3. In sudore vultus
tui ⁊c. Maledictio dei icurrit̃. Exemplū
de ficu cui dñs maledixit.qr folia tm̄ ha
buit. Mat.21. Discrepat a ceteris crea-
turis. Exemplū in corporibus inanima
tis.sicut in sole ⁊ lūna qui quotidie sur-
gunt ⁊ ꝑficiunt cursum suū. Ideꝫ pꝫ in
corporibus aiatis. sicut sunt arbores ⁊
herbe que lꝫ in hyeme nude sint.tñ virtu
tem seruāt.⁊ in tpe suo redeūt ad ꝯsueta
Idē oñditur in sensibilib⁹.ꝓuer.2. Ua-
de ad formicam o piger. Preciosuꝫ tē
pus ꝑdit̃ qr eo nihil ꝑciosius ē quo bre-

ni hora posset obtinere veniã grãz ⁊ glo
riã. Et tamẽ vt ait Ber. Nihil vili⁹ repu
tatur. qꝛ dicunt homies ociosi. Venite ⁊
fruamur. Spũale lucruz negligitur: qꝛ q
nõ mercat̃ in nundinis postea nõ habe-
bit. ꝓuerb. Propter frigus piger arare
noluit. mẽdicabit ergo estate ⁊ nõ dabit̃
ei. Incitamẽta vitioꝝ colligit. ꝓuer. 24.
per agruz homis pigri transiui ⁊ ecce to
tum repleuerãt vrtice ⁊ cooperuerãt sup
ficiem eius spine. Nota ꝙ aqua corrũpi
tur quiete. ⁊ ferrũ ꝯtrahit rubiginem. ⁊
porcus mactãdus ꝑmittit̃ in quietẽ pin
guescere. Locũ diabolo preparat. qꝛ hõ
ociosus est q̃si puluinar diaboli. ⁊ in ol-
lam tepidã libent̃ musce isidiant̃ que fer
uentẽ fugiũt. Tentationib⁹ pz. Unde le
gitur in collationib⁹ patrũ ꝙ monachuz
operantẽ demon nullus pulsat ociosum
innumeri. Est eniz homo accidiosus qua
si vrbs absq3 muroꝝ ambitu ⁊ quasi si-
gnum positũ ad sagittã. Mores peruer
tit. quia vult metere ⁊ nõ seminare. sicut
gatt⁹ qui libenter pisces comedit. sed nõ
eos libenter capit. Seneca. Incertuz est
in quo loco. qũo mors te excipiat. ⁊ ideo
tu illã in oĩ loco ⁊ tpe expecta. Furẽ fo-
dientẽ parietẽ nõ repellit. qꝛ mors fur ẽ.
⁊ quotidie tollit vnũ asserẽ. i. vnum diẽ.
Mathei. 24. Si sciret vtiq3 paterfamili
as ⁊c̃. Receptaculũ sordiũ se fac̃. Ber.
Oium tentationũ sentina est ociuz. Ipm
n. est occasio luxurie. 2. Reg. factuz ẽ eo
tẽpore quo solent reges ad balnea pro-
cedere. Itẽ occasio nugarũ Act. Athenië
ses ad nihil aliud vacabãt ⁊c̃. Item oc-
casio curiositatis. i. thi. 5°. Discũt circui
re domos. Stultitiã ostẽdit. qꝛ tonitrua
audiens nõ surgit. Tonuit aũt xp̃s in p̃-
dicatione. tonabit etiã in die iudicij. Itẽ
stultus est qui imũditias de oculo nõ eij
cit Mathei. 7. Hypocrita eijce ꝑmuz tra
bem de oculo tuo. Ad celestia venire ne
gligit. quia vix ad locum quis veniet qui
vnum pedẽ hodie mouet ⁊ post annũ ali
um. Sic ⁊ illi quorũ motus est pes intel
lectus. ⁊ nõ pes affectus. cum tñ sit affe
ctibus ambulandum.

¶ De auaricia. Cap. 19

a Uaritia vt ait. Tullius ẽ imode
ratus amor hñdi. Itez fm Ber.
Auaritia est quarũlibet rerũ insatiabilis
⁊ inhonesta cupido. Scdm aplz. Ephe.
5. Auaritia est idoloꝝ seruit⁹. qꝛ hõ aua
rus exhibet creature qd̃ debet creatori. s.
fidẽ spẽ ⁊ charitatẽ. hec enim auari exhi
bent pecunie. In hoc ergo spãliter repre
hendunt̃ isti qui rei vilissime amorẽ suuz
exhibẽt. s. pecunie que de terra tollit̃ quã
nã infimã ordinauit. Dicit̃ in eccl̃iastico
ꝙ auaro nihil est scelesti⁹ ⁊ hoc ꝓpter q̃t
tuor causas. ṗa quia fere oia scelera per
petrant̃ pro auaritia. vt furta piuria. ho
micidia ⁊ hmõi. 2a qꝛ est cõtra legem na
ture. Luce. 6. Quecunq3 vultis vt faciãt
vobis ho. ⁊c̃. 3a qꝛ est ꝯtra legẽ scriptaz.
Luce. 6. Estote misericordes sic̃ ⁊ pr̃ve-
ster ⁊c̃. 4a qꝛ est ꝯtra legẽ vtilez que est i
oibus rebus q̃ cõpellunt̃ se dare. Auar⁹
eni quasi captas detinet res ne se cõica-
re possint. Utrũ aũt cuiq3 liceat thesau-
ros cõgerẽ. Notãduz ꝙ est thesaurizare
ex affectu auaritie absq3 itentiõe necessi-
tatis ꝓprie vel aliene. ⁊ hoc mõ thesau-
rizare oibus est ꝓhibitũ. Alio° ẽ thesauri
zare ex ꝓuidẽtia. ⁊ h vel ꝯsideratiõe neci
tatis ⁊ sic ꝯcedit̃ parentib⁹ secularib⁹ ob
necitatẽ filioꝝ educãdorũ vel filiaꝝ cõiu
gio tradendaꝝ. nõ aũt ditandaꝝ. sed ser
uato mõ vel statu ꝑsone. Alio mõ est the
saurizare ex cõsideratione publice vtilita
tis. s. regni defendendi vel cult⁹ dei am-
pliãdi. ⁊ sic ꝯcessuz est regib⁹ thesauriza-
re. ꝑsonis aũt ecclesiasticis ꝓprie nunq3
thesaurizare licet. nec pecuniã etiaz tenẽ
itentione suandi. Ambro. Auꝝ hz eccl̃ia
nõ vt suet sz vt eroget. Ex p̃dictis pz ꝙ
duplex põt esse amor pecunie vel tpaliũ.
siue respectu necessarij. siue respectu sup
flui. Cõtra ꝑmũ ꝓhibet dñs p̃socantẽ sol
licitudinẽ. Cõtra s̃z ꝓhibet thesaurizati
ones. Ex auaritia sequũtur multa mala.
Primo qa a deo maledicit̃. Aug. Male
dict⁹ dispẽsator auar⁹ cui⁹ largus est dñs

Semp̄ eget. Hierony. auaro tā deest q̄ꝺ
h₃ quā q̄ nō h₃. Stult⁹ mercator est q̄ re
gnū celorū imo ip̄m xp̄m vēdit ꝑ paucis
denarijs. ⁊ in hoc sepe peior est auar⁹ hō
quā ipse. Judas q̄ vēdidit xp̄₃ trigīta de
narijs. Jste aūt interdū pro vno denario
Corp⁹ euiscerat q̄r diuitie acquirunt̄ cu₃
labore possident̄ cū timore amittunt̄ cū
dolore. vnde ipsi laborāt ⁊ alij i labores
eoꝝ sepe intrant. s. fures vel latrones vel
certe filij mali. Jsti similes sunt aranee q̄
faciēdo telā ꝑ capiendo muscas seip̄am
euiscerat. Mentē suffocat. Aug. Naufra
giū fugis ⁊ plūbū āplecteris. vn̄ Soc. mas
sam argēti proijciēs in mare dixit. Mer
gā te ne mergas me. Jngrat. Exo. 24. fi
lij israel seruiebāt in luto ⁊ latere. Exce-
cat. Exēplū in Thob. q̄ excecat⁹ fuit ster-
core hyrūdinu₃. Cor dilacerat. vn̄ diuitie
cōparant̄ spinis Mathei. 13. Jnsatiabi-
lem facit. vnde ꝯparant̄ sacco ꝑtuso ⁊ in
ferno q̄ nunq̄ dic̄ suffic̄. Et mari cui oīa
flumina īfluunt. ⁊ tn̄ nō redundat. Et hy
dropico qui quāto plus bibit tāto plus
sitit. Filie auaritie sunt sex scd̄m Greg.
Pria est obduratio cordis que fit omit
tendo elemosinā. Jstā filiā vocat Jsidor⁹
ihumanitatē. scd̄a est violentia hec fit no
cendo alicui palā affectu malo qua₃ vo-
cat. Jsidor⁹ rapacitatē. Tertia ē īqetudo.
hec est appetit⁹ lucri. Quarta est ꝑiuriū.
q̄ꝺ sepe icidit in emptōe₃ ⁊ venditione₃.
Quinta est fallacia que fit per verba de-
cipientis in occulto. Sexta est fraus hec
est deceptio perfecta. ⁊ hoc in p̄n̄tia illi⁹
qui decipit̄. Septima ꝓditio que est idē
quod deceptio que fit in absentia d̄cepti.

¶ De gula. Cap. 20

G Ula vt ait Aug. est imoderata ci
bi auiditas. Jte₃ Gula est vorax
edacitas nature finib⁹ nō cōtenta. Quin
q̄ modis peccat̄ circa gulā. vt dicit. G.
Primo cū quis horā comedēdi p̄uenit.
⁊ hoc fit per ipatientiā expectādi tp̄s de
bitū. Scd̄o cū quis querit cibaria p̄cio-
sa ⁊ delicata. de quib⁹ Ouidi⁹. Est virt⁹
placitis abstinuisse cibis. Sed cōtra hoc
